CHRISTUS patronus pauperum.

PATROCINIUM Debitorum depauperato-rum

Caspari Manzii Iurium Doctoris & Professoris

Norimbergæ, Aº 1640.

æquit

rigor

incarceratio

Depraedatio


Subhastatio

Aequitas præferenda Rigori.

Patronus pauperum

Calamitosi debitores,

Rigorosi Creditores





CASPARI MANZII GUNDELFINGANI Neo-Palatini J. U. Doctoris,

REVER^mi ATQVE ILLVST^mi PRINCIPIS EPISCOPI AVGVSTANI, NEC NON SER^mi DVCIS NEOBVRGICI Consiliarij, & in Catholica Electorali Vniversitate Ingolstadiensi Professoris Ordinarij

PATROCINIUM DEBITORUM CALAMITATE BELLI depauperatorum:

QVO PER VARIAS QVÆSTIONES in vtramq; partem disputatas, & in quatuor decades distinctas, illud potissimum examinatur:

An & in quantum pro moderno rerum & temporum calamitosorum statu debitores possint exigi?

Adjecto in fine duplici Indice, altero quidem Axiomatum; altero autem rerum & verborum totius Tractatus.




Editio Secunda auctior & emendatior.

Cum facultate & approbatione Superiorum.

NORIBERGÆ,

Typis & sumptibus WOLFFGANGI ENDTERI.

Anno M. DC. XXXX.





ILLUSTRIBUS, GENEROSIS, MAGNIFICISq; VIRIS ac Dominis, Electoralis aulæ Bavaricæ Quatuor Cancellarijs, Dominis ſuis colendiſſimis

CASPARUS MANZIUS

Salutem, felicitatem & pacem.



EA eſt, Viri Illuſtres, Magnifici, conſtitutionum noſtrarum provincialium authoritas, tanta illarum æquitas, vt non ſolum à ſubditis religiosè obſerventur, ſed ab exteris quoque magna cum reverentia cuſtodiantur. Et ſicuti jus Quiritum non modò in orbe Romano conſtitutum, verùm ob ſingularē ejus æquitatē in alijs quoq; provincijs & regnis receptum: ita jus noſtrum Bavaricum magna ex


parte apud vicinos populos eſt vſitatum. Ego ipſe adhuc extra Bavariam degens non veritus fui, poſt multos alios viros doctos & magnos JCtos, in controverſis cauſarum quæſtionibus illud pro deciſionibus allegare, & vbi jus Cæſareum ſcriptum non erat, pro lege obſervare. Movit me ad hoc divina inprimis legislatoris ſapientia, ab omnibus paſſim commendata, nunquam ſatis laudata: impulit virorum illorum, qui ad componendum & recolligendum jus illud adhibiti fuerunt, numeroſa multitudo, inæſtimabilis doctrina, excelſa auctoritas, incomparabilis prudentia. Nam ſi vniûs Doctoris claſſici opinio tanti momenti eſt, vt eam in caſibus à lege non definitis tutò ſequi liceat; cur non ſequi liceret, quod à tot celeberrimis doctiſſimisq; viris examinatum, tot illuſtribus ingenijs, totq; egregijs JCtis probatum, à proceribus univerſisque provinciæ ordinibus receptùm, tanto Principi placitum, & præmeditato diu-

diuturno consilio sapientissimè fuit constitutum? Omnium certè opinionum probabilitatem superare debet, quod inter tot nobiles probatasq; personas etiam conscientiam Principis (vt loquitur Imp. Justinianus) vel ut magis appositè dicam, voluntatem Electoris nostri tenet. Eandem existimationem, quam ego de jure Bavarico habui, habent adhuc hodie de observantia Bavarica in Imperio plurimi. Ecce enim, cum post calamitates istas bellicas pleriq; putarent, in causis debitorum à juris communis rigore nō nihil recedendum, aliudq; quam legibus antiquis præscriptum esset, sequēdum; nemo verò auderet à tramite legum deviare, & aliquid certi determinare, passim ad observantiam Bavaricam provocabant, quasi illud unum esset justum & æquum, quod in Bavaria receptum & observatum. Dum præsens patrocinium debitorum conscriberē, & cum viris doctis super hisce controversijs conferrem, expertus fui,
 ple-

plerosq; in meam ſententiam deſcendere, ſi non ſemper auctoritate legum (quæ ad caſus inſolitos & rarò contingentes accommodari non conſueverunt) ſaltem rationi & æquitati conformem; vnum autem vel alterum expreſſos juris text⁹ poſtulare, vel ſanctionem aliquam pragmaticam deſiderare. Atqui inſtar mille legum & textuum mihi ſunt reſcripta à sereniſſimo Electore noſtro ſæpius in particularibus caſibus emiſſa, & conſtitutio generalis Anno 1635 vndecimo die Aprilis edita, quã cum poſt elucubrationes meas jam abſolutos videndam acquirerem, plurimum mihi gratulatus fui, quod ingenium meum ſuæ ſerenitatis placitum, & tot Illuſtrium virorum, qui circa latus ejus verſari ſolent, mentem aſſecutum fuiſſet, nihilq́ue fere mearum opinionũ eſſet, quod non ex illa vel manifeſtè decidi, vel ſine difficultate deduci, atq; in argumẽtum trahi poſſet. Nõ dubitavi proinde amplius, eas in ſolatium afflictorũ debito-

bitorum in publicum emittere, & ulteriorem ab ijs afflictionem pro virib⁹ meis avertere. Cum autem primæ editionis exemplaria in ſui nativitate ſtatim diſtraherentur, & antequam totũ opuſculum evulgarem, ſecundam editionem adornare rogatus eſſem, volui petitioni bibliopolę, & virorum doctorum expectationi ſatisfacere; vobis autem, *Viri Illuſtres Magnifici*, quicquid in eo ſtudij, laboris, & ingenij eſt, eâ de causâ dedicare, vt meã erga vos reverentiam publico hoc teſtimonio comprobarem. Vos enim eſtis illi, quorum vigilantiâ leges antiquæ cuſtodiuntur, quorum ſuggeſtionibus novæ conficiuntur: quorum conſilio & ſtudio lapſa eriguntur, fatigata reparantur: vos eſtis juris & juſtitiæ non tantum ſacerdotes, ſed antiſtites & primates: vos tanquam magna luminaria nõ ſolum in Bavaria reſplendetis, ſed radios veſtros per vniverſum Imperium diffunditis. Expertus eſt Sereniſſimus Elector noſter veſtram ſolertiam, ſcien-

tiam & fidem domi forisq; in multis rerum argumentis; laudârunt vestrã prudentiam reliqui Imperij status & Principes, imò ipsi Imperatores in negotijs privatis & publicis. Adorant vos meritò subditi, venerantur exteri, prædicant vniversi, hærentq; dubij, an Principi magis de talibus consiliarijs, an ipsis de tali Principe velint, vel debeant gratulari. Quæ cum ita sint, nolui ego meo officio deesse, sed debitæ observantiæ & venerationis causâ vobis Viri Illustres Magnifici præsens patrocinium offerre. Suscipite illud eo, quo à me procedit, animo, & cum illo meipsum in patrocinium & tutelam vestram recipientes diutissimè Bavariæ, Imperio & bono publico vivite, florete, mihique favete. Ingolstadij 20. Martij
1640.



PRÆFATIO

AD LECTOREM.

CVm ante quadriennium, poſt ſopita nonnihil in diſtrictu noſtro bella caſtrenſia, nova quædam & civilia bella, id eſt, variæ lites & controverſiæ ſuper creditis & debitis inter cives orirentur, atque in judicium deducerentur, cepit earum frequentia & multitudo mihi aulicis conſilijs aſſidenti non levem moleſtiam, ne dicam nauſeam creare. Cogitavi proinde, quomodo brevi faciliq; compendio omnis illa diſcordiarum materia amputari, & ipſæ diſcordantes Dominorum Aſſeſſorum opiniones inter ſeſe poſſent conciliari; ſubiitq; mentem meam, nihil ad hoc propoſitum aptius vel convenientius fore, quàm ſi quæſtiones aliquot generales ex varijs incidentibus facti ſpeciebus excerperem, & pro futuris vſibus, proq; celeritate dirimenda-

menda-

mendarum litiũ, vt alibi Justinian. Imp. loquitur, (ne pro singulis causis singulis & peculiaribus definitionibus opus esset) resolverem. Id enim existimavi mearum partium esse, vtpote quod Professoris etiam munere fungerer & ob intermissas non nihil lectiones Juridicas occasionem meliorem non haberem, pro illo tempore me in Theoria simul exercendi, aliorumq́; labores sublevandi.

Opus igitur primo aspectu facile, & paucis diebus finiendum aggressus fui, sed majorem statim, quàm existimabam, difficultatem, pluriumq́; materiarum minimè separabilium connexionem & dependentiam deprehendi, ita vt sub manibus in horas cresceret, & vnâ quæstione nondum absolutâ, plures aliæ statim sese proderent, & ex prioribus pullularent. Perrexi nihilominus continuo atq́; pertinaci studio, & ne mihi soli sapere, vel meæ tantùm prudentiæ inniti viderer, cum viris doctis decisiones meas contuli, donec tandem circa finem operis DEUS & fortuna me ad celeberrimam Electoralem Universitatem

Ingol-

Ingolstadiensem avocarent. Unde factum, ut curis istis & litibus forensibus liber totum me Juventuti Scholasticæ (quam Nobilissimam & florentissimam ibidem reperi) impenderem, atque interim vel Imperialem aliquam sanctionem à pluribus diu desideratam, vel saltem unius alteriusque Doctoris lucubrationes, quæ dirimendis quotidianis litibus sufficerent, de die in diem expectarem. Credebam etenim Jurisconsultos in Imperio non aliter atque in magno quodam consilio positos esse, & quemadmodum fama publica, nullo alio accusatore existente, Judicem in criminalibus movere debet ad inquirendum, ita in civilibus publicam necessitatem, nemine speciatim requirente, sufficere Doctoribus ad consiliandum. Quamobrem statim atque Dominum Philippum Zorerum, Consiliarium Palatinum, & Cancellarium Hilpolsteinensem officio suo functũ esse, suamque sententiam in quibusdam dixisse & publicasse animadverti, idipsum mihi quoque licere existimavi. Idcirco quæstiones istas meas jam ferme pulveri-

bus

bus abditas, & oblivione ſepultas denuò produxi, & ſub incudē revocavi. Ne quid autem mihi excideret, quod vel ſtatum publicum lædere, vel viros doctos juſtè offendere poſſet, eas in compendio magna ex parte ad diſputandum publicè propoſui, nō ignarus, diſputando facilè veritatem inveniri, illamq́ ſæpius examinatam clariùs in lucem ſplendeſcere. Cumq́ hoc DEO propitio feliciter peractum eſſet, non dubitavi amplius, illas in vtramq́ partem diſputatas, atq́ in hunc, quem vides, ordinē redactas publicis typis committere, vt cauſarū patronos in defendendis clientibus ſuis pro virili juvarem, & Juris Anteceſſores, ſi qui fortaſſis à me diſſentirent, ad ſenſa animi ſui patefacienda incitarem.

Nam quia materia præſens vtcunque difficilis, & ob raritatem & varietatem caſuum multum intricata & perplexa eſt, adeò non pertinax in tuendis meis opinionibus ero, vt facile meliùs ſentienti cedere, nec vlli mihi (ſine ſugillatione tamen nominis mei) contradicenti ſuperbè reſiſtere cogitem. Sapientis quippe eſt, in melius mutare

tare consilium suum, & non erubescimus (inquit ipse Iustinian. Imp. in præfat. auth. de nuptijs) si quid melius etiam horũ, quæ ipsi prius diximus, adinveniamus, hoc sancire, & competentem prioribus imponere correctionem. Quemadmodum igitur Assessor in consilio votum suum liberè dicere, postea aliorum sententias patienter audire, atq; procul abs se immodicũ ardorem propriæ opinionis defendendæ amandare: reliqui autem, quos conscientiæ & veritatis ratio dissensionis admonet, adversarios omni verborum honorificentiâ & mitissimo dicendi genere, dum refutantur, delinire debent: ita spero vnà mecũ alios pulcherrima ista honestatis præcepta religiosè observaturos, & siquidẽ in meam sentẽtiam ire nolint, debita tamẽ cum modestia contradicturos esse. Illud quidem jam prævideo, quoniam patronum debitorum depauperatorum majori ex parte ago (vnde nomen quoq; suum liber iste mutuatus fuit, vt patrocinium debitorum inscriberetur) & in favorem ipsorum plerumq; respondeo, quod creditorum offensam incursurus, & mul-

 torum

torum invidiam mihi ſim cumulaturus. Sed præterquam, quod ſacerdotem Juſtitiæ decet veritatem potius & Juſtitiam ſequi quàm gratiam & benevolentiam hominũ aucupari, ſolatur me conſciẽtia mea, quod nihil ex odio vel favore, amore vel timore, ſed ex zelo Juſtitiæ & promovendæ utilitatis publicæ causâ omnia ſcripſerim, & quia creditorem nullum, cui vel parùm deberem, debitores verò non paucos, cum hæc elaborarem, numeravi, tantò ſecuriùs ſine omni affectu (intellectum depravante) ſcribere potuerim. Suſcipe igitur, Benevole Lector, hanc operam meam, eo, quo à me procedit, animó, & ſi quem lapſum vel errorem notaveris, illum Doctori vix dum virilem ætatem ingreſſo condona, lubricóque ætatis, vel difficultati operis adſcribe: ſin autem probaveris, non mihi, ſed DEO gloriam tribue, & iſtis interim, donec plura, quæ animo dudum concepi, feliciter abſolvam, tuo proximiq; tui commodo utere.

Vale.

APPRO-

APPROBATIO

ADMODVM REVERENDI Spectabilis Domini facultatis Theologicæ Decani.

PAtrocinium hoc Debitorum calamitate Belli depauperatorum à Nobili & Clarissimo Domino CASPARO MANZIO J.C. Doctore & Professore Ordinario elaboratum, plures Decades continet; ex ijs duas priores attentè perlegi, quæ nihil, quod Fidei vel bonis Moribus repugnet, docent; & Materiam antehac non disputatam, atque hoc tempore pernecessariam clarissimè proponunt, omniaq; Asserta non solùm Legibus, verùm etiam (quod admodum difficile est, quodvè præter vnum aut alterum Auctorem, idq; in objecto diverso alius nemo hactenus tentavit) solidis rationibus stabiliunt. Quapropter judico has decades pro bono publico & consolatione multorum in lucem prodire, & abundè probare, in eventibus, in quibus Leges deficiunt, Æquitatem habere locum.

GEORGIVS LYPRANDVS Societatis IESV, SS. Theol. Professor Ord. & pro tempore Decanus.

PATROCINII
DEBITORUM
CALAMITATE BELLI
depauperatorum
PARS PRIMA,
De Incarceratione & Addictione debitorum ad manus creditorum,

An, quando, & in quibus debitoribus habeat locum?

AUTHORE
CASPARO MANZIO
JURIUM DOCTORE, REV^mi ATQUE JLL^mi PRINCIPIS EPISCOPI AUGUSTANI, NEC NON SEREN^mi DUCIS NEOBURGICI CONSILIARIO, atque in Electorali Vniversitate Jngolstadianâ Professore ordinario.

Editio Secunda auctior & emendatior.

NORIBERGÆ,
Typis & sumptibus WOLFFGANGI ENDTERI.

Anno M. DC. XXXX.



LLVSTRI, GENERO-
SO, MAGNIFICOq; VIRO,
ac Domino,


. JOACHIMO, LIBERO
ARONI de Dornſperg, Domi-
no ſuperioris ac inferioris Glingæ,
Kaufering, Erpflingen, &
Arnſchvang,

UGUSTISSIMI Romanorum
Imperatoris Conſiliario,

*ERENISSIMI BAVARIÆ DV-
CIS ELECTORIS Conſiliario
intimo, ac ſupremo Can-
cellario,*

*Debitæ ſubmiſſionis & venerationis
causâ*

D. D. D.




ANIMADVERSIO ad Lectorem.



SCire te velim, Lector, me in evolvendis auctoribus, præsertim verò Mascardo & Colero, pro diversitate temporum & locorum diversis editionibus usum fuisse, si proinde allegationes meæ tuis codicibus non responderint, id non mihi, sed illis imputa, qui varietatem conclusionum, capitum & numerorum induxerunt.

IN-

INDEX QUÆSTIONUM DECADIS PRIMÆ:



QVÆSTIO I.

Vtrum in genere loquendo permissum sit Creditoribus moderno tempore exigere sua credita, & actiones contra debitores suos instituere?

SVMMARIA.

1. *Fatua est quæstio, quæ non habet rationem dubitandi.*
2. *Nihil tam indubitatum est, vt non suscipiat sollicitam dubitationem.*
3. *Rudiores sæpè Sapientiores in errorem inducunt.*
4. *Docti quandoq; imperitorum errores defendunt.*
5. *Sententia nulla est tam inepta, quæ non habeat defensorem Philosophum.*
6. *Causa nulla tam mala, quæ non reperiat Patronum.*
7. *Difficile est imperitorum errores refutare, & n. 9.*
8. *Nihil impudentius arrogantiâ rusticorum, & idiotarum.*
10. *Molestum emendicatis vndecunq; argumentis respondere.*
11. *â Generalibus ad specialia descendendum.*

12. Quo-

12. *Quotidiana pleniùs sunt attingenda.*
13. *Vox populi vox DEI,& n.50.*
14. *Vulgi opinioni in multis Iuris articulis standum,& quando,n.58.59.*
15. *Res præsumitur se habere, vt vulgus opinatur.*
16. *Vehemens omnium opinio habetur pro certitudine,& quando.60.*
17. *Error communis facit jus, an & quando verum.60.61.63.*
18. *Feriatis diebus non rectè exercentur judicia,& quibus.64.*
19. *Feriæ cur videantur hodie concedendæ?*
20. *Feriatis diebus debita non exigenda.*
21. *Tempore pestis ad judicium vocatus habet exceptionem loci non tuti,& quando.71.*
22. *Æquiparatur tempus pestis & belli.*
23. *Tempore belli factum dicitur, quod paulò ante vel post factum.*
24. *Discordiarum occasiones tollendæ.*
25. *Reipublicæ interest, ne inter cives sint discordiæ.*
26. *Quod differtur,non aufertur, & n.87.*
27. *Dilatio obligationem funditùs non tollit.*
28. *Inanis est actio,quam inopia debitoris excludit.*
29. *Conclusio. Exactio debitorum etiam post calamitates belli est permissa.*

30. Obli-

30. *Obligatio semel constituta semper durat, quoad extinguatur.*

31. *Tempus non est modus tollendæ obligationis.*

32. *Tempus an suspendat obligationem?*

33. *Bellicæ calamitates non tollunt obligationem.*

34. *Quæ dirimunt facta, multò magis impediunt facienda.*

35. *Belli quoq; tempore contractus initi valent.*

36. *Faciliùs aliquid impeditur ab initio, quàm tollatur ex postfacto.*

37. *Ex duobus imperfectis, non fit vnum perfectum.*

38. *Positâ causâ, ponitur effectus; & n.40.*

39. *Obligatio est mater actionis.*

41. *Quæ Obligationes pariant ex actionem?*

42. *In Obligatione pura res statim debetur.*

43. *Actiones per exceptiones vel eliduntur, vel differuntur.*

44. *Iudex facit litem suam, si aliter pronunciat, quàm petitum, & probatum.*

45. *Negativa est improbabilis.*

46. *Quod lex non dicit, neq; nos dicere, & vbi.*

47. *Lex non distinguit, neq; nos distinguere debemus.*

48. *Regulæ standum, donec de exceptione doceatur.*

49. Du-

49. *Dubitatorum ſolutio, veritatis eſt inquiſitio.*

51. *Populus non habet ampliùs poteſtatem juris condendi.*

52. *Vniûs dictum facilè ſequitur multitudo.*

53. *Nulli in ſua cauſa pro ſe creditur.*

54. *Quod omnes tangit, ab omnibus debet approbari.*

55. *Opinio communis DD. in judicando, & conſulendo ſequenda eſt, niſi ſit falſa.*

56. *Auctoritas Doctorum non neceſſaria, ſed probabilis eſt.*

57. *Legi adhærere tutiùs eſt, quam homini.*

62. *Error in conditione gerentis, id quod actum eſt non vitiat.*

64. *Errantium multitudo, non facit errori patrocinium.*

65. *Feriæ ſolennes quæ?*

66. *Feriæ indictæ.*

67. *Feriæ repentinæ.*

68. *Ferias populus ſibi conſtituere non poteſt.*

69. *Argumentum à minori ad majus an valeat?*

70. *Tempore belli an quis cogatur in judicio reſpondere?*

72. *Limitata cauſa limitatum producit effectū.*

73. *Vim nullam facit, qui ordinariâ actione experitur.*

74. *Iure ſuo vtens nemini facit injuriam.*

75 Diſ-

75. *Dissensiones noxiæ.*

76. *Nemo quidquam propriâ auctoritate, sed legitimis actionibus consequi debet; & 78.*

77. *Dictionis* debet *quæ vis?*

79. *Lites judiciales quo sensu vtiles, & quare permissæ?*

80. *Iudiciorum vsus cur introductus?*

81. *Lites judiciales alio sensu pernitiosæ.*

82. *Litium materia amputanda.*

83. *Auctoris causa impulsiva ad hunc tractatum scribendum.*

84. *Conclusio quæstionis.*

85. *Temporis ratio quomodo habenda?*

86. *Dilationes quando concedendæ?*

88. *Audiendus non est, qui alteri tantum cupit nocere. Creditor non indigens an possit exigere debitorem indigentem?*

89. *Nemini cum alterius detrimento consulendum.*

90. *Favendum vni non est, vt alteri fiat injuria.*

91. *Dictio,* Pleriq;, *quid importet?*

92. *Tempus solvendi etiam est post calamitates belli.*

93. *Ratio cur auctor in hac quæstione contra debitores concludat.*

94. *Discrimen inter debitores.*

Super-

SUperflua videbitur doctioribus vel
1. omninò * fatua præsens quæstio, cum apud ipsos vix habeat rationẽ dubitandi; *arg. L. Domitius 29. ff. de*
2. *testam.* nihilominus quia * nihil tam indubitatum est, vt non possit suscipere quandam sollicitam dubitationem, *Nov. 44. c. 1. §. 3.* ideò
3. fit, vt hac in parte non modò * rudiores plurimùm hæsitent, verùm etiam sapientiores in dubium atq; errorẽ secum inducant. Imò
4. non desunt ex numero eorum, qui * docti atq; rerum negotiorumque periti videri volunt, qui conantur argumentis vndique conquisitis errorem imperiti vulgi tenaciter defendere, & debitores indistinctè quoslibet contra justissimas etiam creditorum suorum exactiones tueri. Neque id adeò novum vel
5. inauditum: sicut namque * nulla sententia tam est inepta, quæ non habeat defensorem Philosophum (juxta inveteratum jam adagium) ita nulla * causa tam mala est, vel ini-
6. qua, quæ non reperiat aliquem ex rabulis forensibus patronum. Præsentem quæstionem igitur sic tractabo, vt tam popularia illiteratorum argumenta, quàm rationes â peritioribus excogitatas nonnihil diluam; quorum
7. primum non carebit aliquâ * difficultate: nam quemadmodum Theologi nostri experiuntur, quando cum mulieribus, rusticis, vel

alijs

alijs plebeis, fidem orthodoxam oppugnantibus, agere incipiunt, eosq; ad vnitatem fidei reducere volunt, se longè difficilius cum ijs,
quàm cũ doctioribus progredi (* nihil enim 8.
est impudentius arrogantiâ horum hominum, qui garrulitatem auctoritatem existimant, *text. in pr. dist. 46.*) ita qui de Jure cum plebeis & rudioribus disputant, vel eorum errores refutare laborant, magnam plerumque
* difficultatem experiuntur: quicquid namque 9.
vel opponunt, vel veritatis demonstrandæ stabiliendævé causâ proferunt, illi vel non capiunt, vel in sua nihilominus sententia &
contumacia persistunt. Alterum plus * mo- 10.
lestiæ, quam difficultatis habet, nam quia res in se clarissima est, non possunt illi, qui eam obscurare, vel tenebris involvere, vel dubiam reddere student, alijs quàm futilibus argumentis, &, vt loqui solemus, emendicatis vti suffragijs. Quicquid tamen sit, non gravabor hanc quæstionem pleniùs examinare, & rationibus qualibus qualibus in vtramque partem allatis in principio statim disputare, tum
quia generalis est, & à * generalibus ad specia- 11.
lia successivè descendendum, *Bart. ad L. 1. ff. si*
cert. pet. tum quia * quotidiana & inter liti- 12.
gantes communis, ac proinde pleniùs attingenda, *argt. L. legavi 25. ff. de lib. leg.* Habebit itaque vnà mecum patientiam aliquam be-

nevolus Lector, donec ad ea pertingam, quæ magis fortassis arridebunt. Ad propositum autem accedendo, quando

QVÆRITVR: vtrum hodie debitores possint exigi? Rationem dubitandi subministrat primò vulgus, qui pro regula tenet, nunc non esse tempus solvendi, sed respirandi potiùs, seseq; recolligendi, & congregandi vel divitias, vel necessariam suam sustentationem: videri proinde posset, quod juxta commune prover-
13. bium * vox populi, vox DEI, minusq; tutum esset ab ea recedere.

Secundò: in multis alijs causis & quæstio-
14. nibus standum est opinioni * vulgi, sic magnæ facultates recipiunt æstimationē à vulgi opinione, Spiegel. *in suo Lexico. v. magnæ facultates*. Sic paupertas probatur per vulgi opinionem, Covarr. *var. resolut. l. 2. c. 6. n. 8. §. item satis.* Mascard. *de probat. conclus. 1154. n. 19.* Matthæus Brunus *de cess. bon. quæst. 25. princ. n. 10.* Sic vtrum aqua præterfluens rivus sit dicendus, vel fluvius, attenditur opinio circumcolentium & vulgi. *tex. in l. 1. & ibi DD. ff. de flum.* Sic ad sciendum, an sit sterilitas, & an proinde pensio minuenda, vel remittenda sit, recurrendum est ad opinionem vulgi. *gl. in L. licet. C. Locati.* Villalob. *com: opin. lit. I. n. 39.* Gomez. *var. res. l. 2. c. 3. num. 18. v. dubium est.* Et in genere loquendo multùm valet vulgi opinio

ad

ad ſciendum ſtatum, ſeu qualitatem rei, nam ſic præſumitur ſe * res habere, vt vulgus opinatur, Everhard. *in topic. loco à vulgi opinione 12. num. 1.* vbi *num. 2.* ait: verba ambigua debere intelligi, vt opinatur vulgus, & *num. 3.* poſt Baldum dicit, quod omnis intellectus ſit extraneus, qui non ſonat in auribus vulgi. 15.
Cum ergò hæc opinio, videlicet nunc non eſſe tempus ſolvendi, jam ſit vulgaris, tantò magis videri debet vera, quantò * vehementiùs omnibus eſt impreſſa, quia vehemens omnium opinio, imò vehemens tantum credulitas habetur pro certitudine, poſt Baldum *in L. 2. §. quod obſervari in 3. notab. C. de juram. calumn.* Reyger. *in theſauro. v. probation. 514. cum ſeqq.* 16.

Tertiò: poſito, quod vulgus falleretur, nihilominùs tamen judicium illius ſequendum eſſet, quia * error communis facit jus, prævaletq; veritati, DD. *ad L. Barbarius 3. ff. de off. Prætor.* 17.

Quartò: præter vulgi opinionem videtur etiam facere diſpoſitio Juris, nam feriæ ſunt juſta cauſa differendæ actionis, Nicol. Vigel. *in prim. an de action. c. 7. cauſ. 8.* nec non ſolutionis, Gail. *2. obſ. 44. num. 1.* vnde diebus * feriatis non rectè exercentur judicia, neque reus actori reſpondere cogitur. *tt. ff. & C. de ferijs*, qui ſi de facto agat, poteſt per ex- 18.

ceptionem dilatoriam repelli, eò quod non competat in hisce ferijs actio. Nicol. Vigel. *loc.cit.inf.* Idque procedit, sive de solennibus ferijs ob cultum divinum solenniter celebrandum constitutis sermo sit, *L.f.C.d.t.* sive de alijs, colligendorum terræ fructuum causâ indictis, *L.1.ff.de ferijs.L.2.C.eodē*, sive de repentinis, quæ ob rem publicam â Principe benè vel infeliciter gestam celebrantur, *L.1.& 4.C.*
19. *d.T.* Cum igitur hoc tempore nulli dies sufficiant, quibus homines cultum divinum hactenus neglectum recompensare, DEO sufficientes gratias pro indultâ quiete & tranquillitate redditâ queant agere, insuper fructus debeant & alimenta colligere, ac deniq; quotidiè nova, eaq; vel bona de hostibus Imperij fugatis & cæsis, de præclaris victorijs ab Imperatore, copijsq; Cæsareis reportatis, vel funesta de prælijs sanguinolentis, de novis seditionibus, ingruentibus & noviter emergentibus hostibus, contingat audiri, videntur sanè frequentes omnis generis feriæ concedendæ, debitorumque solutio minimè exigenda, per *d. l. 7.* sed locum potiùs sibi vindicare Impp. Leonis & Anthemij oraculum; quod *in L.fin.*
20. C. *d.* T. habetur: * dies festos non vllis volumus exactionum vexationibus profanari: nulla quenquam vrgeat admonitio, nulla fidejussorum flagitetur exactio, taceat appari-

tio,

tio,advocatio delitescat, sit ille dies â cognitionibus alienus, præconis horrida vox silescat,respirent â controversijs litigantes,& habeant fœderis intervallum, ad sese simul veniant adversarij non timentes; & cæt:

Quintò: * tempore pestis in judicium vocatus comparere non cogitur, neq; Actori de 21.
Jure respondere,Zanger.*in tract.de except.p.2, cap.5.n.7.* Schneid.§.*pœnales quoq; n. 81. inst.de action.*vbi docent reum defendi per exceptionem loci non tuti; atqui tempus belli *æqui- 22.
paratur tempori pestis, Andreas Gail. *2.obs. 118.num.18.*Myns.*cent.1.obs.96.* Reyger. *in thesauro.v.præscriptio.n.325.inf.* Farinac. *in tract. de delict.& pœn.lib.1.tit.3.q 18. n.43.* (vbi inter casus loci non tuti ponit metum inimicorũ, belli, pestis, & tempestatis maritimæ.) Ergò etiam tempore belli super debito conventus respondere non compellitur, & per consequens nec tempore moderno, cum bellum nondum sit finitum, & apud nos non ita pridem cessârit, * factumque dicatur tempore 23.
belli, quod paulò ante vel post fuerit factum. Idem Reyger.*in thesauro.v.bellum n.25.*

Sextò: iniquum videtur, & crudele prorsus,si post tot exantlata mala, post tot exhaustas miserias,post superatos hostes,post hostilia bella,nova permittantur & pernitiosissima quidem bella civilia, vicinorum dissensiones,



ſiones, ipſorum conſanguineorum altercationes & jurgia. Quare ſi vllo vnquam, certè
24. hoc tempore * diſcordiarum occaſiones tollendæ *argt. L. æquiſſimum. alias est §. 2. L. 13. ff. de vſuf L. cum pater 77. §. dulciſſimis 20. inf. ff. de*
25. *leg. 2.* cum ipſius quoq; Reipublicæ * interſit, ne inter cives ſint diſcordiæ, *L. ſi quis ingenuã 21. §. fin. ff. de captiv. & poſtlim. reverſ.*
26. Septimò. * quod differtur, non aufertur *gl. in §. libertus. 2. inſt. de ſing. reb. per fideicom. relict. per L. quoties. C. de precib. Imp. offer.* Greg. Tholoſ. *p. 3. Syntagm. l. 22. c. 15. n. 3. circa. f. arg. 8.* quidni ergo creditores moram aliquam ſuis indulgerent debitoribus? & ipſos paterentur diu deſideratâ pace frui, conceſſis aliquibus
27. inducijs? cum per * dilationem obligatio funditùs non extinguatur, Matth. Brun: *in tract. de ceſſ. bon. q. 22. num. 2. idem q. 26. pr. n. 12.* vbi ait: etſi talis dilatio præjudicium creditorum concernat, tamen quia jus creditoris non tollitur funditùs, ſed ſolum ad certum tempus differtur, de modico præjudicio tractatur. *argt. L. ſi debitori ff. de judicijs confer q. 7. n. 19. & decad. 2. q. 8. n. 74. & q. 9. n. 118. decad. 3. q. 4. n. 24. & 25.*

Octavò: plerique omnes ad inopiam ſunt redacti, per frequentes ſpoliationes, graviſſimas exactiones, aliasque belli incommodi-
28. tates, * inanis igitur erit creditoris actio, quam

quam inopia debitoris excludit, *L. nam is 6. ff. de dolo malo.* Weſenb. *num. 2. quod quiſque juris.*

Verùm his & ſimilibus non obſtantibus firma eſt

CONCLVSIO: quod cæteris paribus * etiam hoc calamitoſo tempore debitores 29.
poſſint exigi, & actiones contra ipſos intentari.

Ratio à priori eſt iſta: quia * Ex quo ſe- 30.
mel inceperunt debere, ſive debitores eſſe, & necdum ſatisfecerunt, durat adhuc obligatio, conſequenter datur quoque actio. Ant. Gomez. *var. reſol. tom. 2. c. 11. num. 21. v. dubium.* Antecedens probatur: quia nec tempus perimit obligationem, neque calamitates bellicæ; ſunt namque certi modi legibus conſtituti, quibus obligatio civilis tollatur. *tt. inſt. quib. modis tollatur oblig.* Weſenb. *ad §. omnis 3. num. 6. inſt. de oblig.* Harprecht. *§. f. num. 31. inſt. de act.* inter quos neque vnum ex his recenſetur, neq; alterum. Et ſiquidem in ſpecie de tempore velimus loqui, certũ eſt, & in jure expreſsè definitum, quod * tempus non ſit 31.
modus tollendæ obligationis. *L. obligationum ferè 44. §. placet ff. de O. & A.* Weſenb. *num. 8. ff. eodem.* Mynſ. *§. at ſi ita, inſt. de verborum obligationibus.* Si dicas eſſe ſaltem modũ * ſuſpen- 32.

dendæ obligationis, Resp: nē hoc quidem verum esse, si subtiliùs velimus loqui, nam quia obligatio Juris est, idcircò sicut tempus non inducit, aut tollit obligationem, ita nec suspendit, Gomez. *var. resol. tom. 2. c. 11. num. 21. vers. dubium tamen* Wesenb. *ad §. omnis 3. num. 3. inst. de verborum obligationibus.* Etsi namque subinde hoc inter contrahentes agatur, vt post tempus primùm res petatur, tamen per hoc non tàm obligatio (quæ, vt dixi Juris) quàm solutio (quæ facti est, *per L. asseveratio 10. C. de non numerata pec.*) in tempus dilata censetur, ita vt res quidem statim debeatur, ejus autem differatur ad tempus præstatio *idem ibidem. per L. cedere diem ff. de V. S. L. centesimis in pr. eod. L. 1. §. f. in f. ff. quādo dies usufr. leg. ced. L obligationum, post pr. v. ex die ff. de O. & A.* Vel si velimus largiùs loqui, concedere quidē possumus, tempus esse modum suspendendæ obligationis (si non ipso Jure, saltem ope exceptionis, *argt. L. 44. de O. & A. L. 4. ff. de servit. §. 4. inst. de Verb. oblig.* Wesenb. *in parat. n. 8. & 9. de O. & A. idem n. 12. ff. de Verb. oblig.* quia parit exceptionem dilatoriam *§. temporales 10. inst. de except.*) non tamen aliter, quàm si expressè à partibus differendæ solutionis causâ adijciatur, Gomez. *loc. cit.* ita namq; solutioni adjectum operatur, vt res non rectè petatur, nisi toto tempore elapso, *§. qui hoc anno f. inst.*

de inut.

de inut. ſtipul. hîc autem ſupponimus tempus naturaliter & extrinſecus ſe tantùm habere, nec quidquam ſuper eo pactum vel conventum inter partes fuiſſe.

Quod de tempore dixi, illud neq; tollere, neque ſuſpendere obligationem, id ipſum dico * de bellicâ calamitate, motus non qui- 33.
dem legum auctoritate, ſed rationis pondere. Nam ſi calamitates iſtæ diſſolverent obligationem anteà contractam, fortiùs eam impedirent contrahendam. *argt.* §. *idem juris 2. vbi* Mynſ. *inſt. de inutil. ſtipul.* * juxta regulam: 34.
quæ dirimunt facta, multò magis impediũt facienda, DD. *per L. inter ſtipulantem 83.* §. *ſacram. 5. ff. de V. O.* * nemo autem erit, qui aſſe- 35.
verare audeat, calamitates præſentes impedire, quò minùs contractus celebrentur, & obligationes contrahantur, neque eas pro hîc & nunc initas poſſe, vel in futurum debere ſuſtineri: * nemo igitur prudens dixerit, anti- 36.
quas hac ratione tolli, cum faciliùs aliquid impediatur ab initio, quàm tollatur ex poſtfacto, *L. patre furioſo 8. ff. de his qui ſui.* * Si er- 37.
gò neque tempus in ſe ſpectatum, neque calamitates ſeorſim conſideratæ obligationem tollunt, non video, quid conjunctim efficiãt, quia ex duobus in ſua ſpecie imperfectis non fit vnum perfectum. *tex. in L. Spadonem 15.* §. *11. ff. de excuſ. tut.* & cauſa, quæ per ſe ſola nihil

efficit, etiam in concursu alterius nihil considerartur, Baldus *in c.1. de grad. succ. in vs. feud.* Angel. *L. 1. §. solent ff. quando appell.*

Manet proinde verum antecedens, quod adhuc hodie duret obligatio, vnde facilè erit deducere consequens, quod nimirùm etiam
38. detur actio. Sequela probatur: quia * positâ causà ponitur effectus, *argt. L. 14. §. divus. ff. vt legat. seu fideicom.* positâ præsenti obligatione, velut causâ efficiente, ponitur præsens petitio, Wesenb. *§. si impoßibilis in f. inst. de inut.*
39. *stipul.* atqui * obligatio est causa, sive mater actionis, Mynſ. *in pr. tit. de actionibus. n. 3. & 7.*
40. Ergo positâ obligatione * purâ & præsente ponitur & actio, Wesenb. *n. 9. ff. ad Senatusconsultum Macedonianum, vbi in simili infert, oriri actionem ex mutuo etiam à filiofamilias contracto, quia contracta est obligatio, sed per exceptionem perpetuam elidi.* Quia autem actio subinde ab exactione separata est, ideò si quis tam scrupulosus esset, & diceret, actioni quidem locum dari, sed non exactioni, remitto illum ad Mynſ. *inst. de oblig. n. 15.* Wesenb. *in parat. n. 8. ff. de O. & A.* Schraderum *in tractat: de contract. in pr. n. 24.* Schneid. *ad tit. de obligat.*
41. *Rubric. de obligatione mixta n. 2:* vbi docent, * quando naturalis obligatio cum civili conjungitur (vti fit in obligatione mixta, cum v. g. aliquid debetur ex cõtractu mutui, emptionis

nis & similibus) tunc ejus officium esse parere & actionem & exactionem.

Hactenus argumentum à priori, quo sufficienter, vt opinor, ostensum est, etiamnum actionem contra debitores superesse. Quod si breviùs velis, aliter ita formabis: in * obli- 42.
gatione purâ res debita statim peti potest §. *omnis stipulatio 2. inst. de Verb. oblig.* & in omnibus obligationibus, in quibus dies non ponitur, præsenti die debetur, *L. in omnibus 14. ff. de R. I. L. eum qui 41. §. 1. ff. de V. O*, atqui hîc supponitur obligatio esse pura, & dies nulla apposita. Ergo.

Nunc venio ad secundam rationem, sive argumentum à posteriori, & sic dico: * si hoc 43.
tempore de jure datur actio cōtra debitores, & ea in judicio proponitur, necesse habet Judex eos condemnare, & ad solutionem vrgere (alioquin * facturus litem suam, si aliter 44.
pronunciet, quàm petitum & probatum sit, *per L. f. C. de fideicom. lib.* Wesenb. *loc. cit. inf.*) nisi possint legitimâ exceptione se tueri, & actionem vt sic elidere, vel differre: Sed tempora esse calamitosa, non est exceptio talis in jure fundata, vel ab interpretibus approbata, quæ vel elidat, vel differat actiones creditorum. Ergo, &c. Major est in confesso apud omnes peritos, * minor est negativa, consequē- 45.
ter improbabilis, *argt. c. super hoc. Extra. de renunc.*

nunc.c.quoniam 11.Extra.de probat. L. actor. 23. C.de probat.L.asseveratio 10.C.de non nume.pec. c.juravit 6.Extra de probat. reijcitq; probationem in adversarium. Vt autem magis elucescat argumenti vis, loco

46. Tertiæ rationis sic infero: * Lex quæ jubet creditoribus satisfacere, non distinguit inter tempora calamitosa & non calamitosa, sive tranquilla. Ergo neque nos dinstinguere debemus, nam quod Lex non dicit, neque nos (sine magna ratione) dicere vel præsumere, *argt.Novell.18.§.consideremus in pr. argt. L.de pretio 8.ff.de Public.in rem act.text.in l.3.§.*
47. *3.ff.de prævaricat.* & * vbi Lex non distinguit, neq; nos distinguere debemus *gl.ad L.3. v.nec distinguitur ff.de officio præsid.* Wesenb. *n.f.ff. de ritu nupt. argt. L. de pretio 8.ff. de Public. in rem act.* Mynſ.*cent.4.obs.13.n.4.*

48. Vel aliter: * regula, quæ stante obligatione debitores permittit exigere, indistinctè & sine exceptione loquitur, tamdiu igitur regulæ standum, donec de exceptione, vel de casibus exceptis doceatur, secundum Bart. *in L. quoties ff.si quis caut.* Jason: *in L.Stichum §.1. num.11.ff.de V.O.argt. L.ab ea parte 5.ff.de probat.text.in L.suus quoq; 4. §.puto.1.ff. de hæred. instit.*& vera erit infallibiliter assertio nostra, quoad ostendant alij rationem, cur in casu calamitosorum temporum regula non loquatur,

tur, per notata Canisij post gl. *ad Rub. tit. de R. I. in 6.* Wesenb. *in parat. ff. de except. n. 2.* Mynſ. *inſt. eodem.* & cur propoſitæ actioni tunc non ſit locus; Mynſ. *in pr. inſt. de except. num. 2.* loco

Quartæ rationis erit ſolutio argumentorum ſupra in contrarium adductorum, * nam teſte Ariſtotele *3. Metaph.* dubitatorum ſolutio, veritatis eſt inquiſitio. Oſtendendo itaque Rationes dubitandi in principio hujus quæſtionis adductas vim nullam habere. 49.

Reſp. ad PRIMAM, * vocem populi non facile pro oraculo habendam in his cauſarum controverſijs, quia facultatem Juris condendi non habet, ſed * omnem poteſtatem & imperium in Principem tranſtulit, *§. ſed & quod Principi. 6. inſt. de I. N. G. & C.* 50. 51.

Secundò: quia * vnius delirantis dictum & opinionem facilè ſequitur multitudo, *c. cum in juventute 12. Extra. de purgat. can.* non aliter atque grues formâ triangulari vel ordine literario vnam ſequi, & comitari ſolent, *c. in apib⁹ 41. cauſ. 7. q. 1.* ſi mare volatu ſuo tranſmittit, Pruckman. *de ſolut. Princip. pot. c. 2. in pr. mihi f. 106. conf. decad. 3. q. 2. n. 64.* Tertiò: quia populus ducitur affectu, & judicat in cauſa propria, * nulli autem in ſua cauſa pro ſe creditur, *L. de ætate 11. §. 1. ff. de interrogat. act.* 52. 53.

L. Pu-

L. Publia 26. §. Titius 2. ff. depositi. Quartò: non est hæc vox populi universi, sed quorundam tantùm de populo, qui malunt absurda statuere, quàm juxtà æquitatis rationem satisfacere, adeoque Debitorum hæc cantilena est, non Creditorum; etenim non paucos reperiemus è vulgo, qui vt credita sua recipiant, carcerem, crucem, & nescio quid aliud Debitoribus suis destinabunt, tantum abest, vt vel inducias concedant, vel omninò debita remittant. Posito igitur, quod haberet populus adhuc potestatem legis sanciendæ, non Debitores, sed Creditores quoque in eam consen-
54. tire deberent, juxta regulam: quod * omnes tangit, ab omnibus debet approbari, *c. quod omnes 29. de R. I. in 6. L. f. C. de aut. præst.* Wesen.
55. *num. 4. ff. quod cujusq; &c.* Quintò: si * opinio communis Doctorum (quæ alioquin tàm in judicando, quàm consulendo sequenda est, *argt. L. Divi 17. in princ. ff. de Iure patronatus.* Gail. *1. obs. 16. num. 7.* idem Gail. *1. obs. 153. num. 5.* id. *2. obs. 29. num. 27.* id. *2. obs. 94. num. 18.* (attendi non debet, si apparet eam esse falsam, vel alijs evidentissimis rationibus subverti potest, Gail. *loc. cit. num. 6.* quantò minus
56. communis vox rudis & illiterati populi? * Et si auctoritates Doctorum & Jurisperitorum non necessitant ad decisionem causarum, sed tantùm aliquam præsumptionē faciunt,

ciunt, quatenus bonâ ratione moventur, *gl. ad L.1.C.de LL.* Everhard. *loco ab auctorit. 95.* Abb. *in c. sicut 16. Extra de sentent. & re judicatâ.* quid faciet irrationabilis opinio levis vulgi? itaque * satiùs erit cum vnâ lege aliquid 57.
statuere, quàm cum centum idiotarum opinionibus in pejus ruere, per notata Beutheri *de Iure prælat. p.2. c 44. circa f.* Et hæc ad primam dubitandi rationem.

Ad alteram Resp. etsi aliquando in definiendis ijs, quæ sunt facti magis, quàm Juris, & quæ apud diversos diversimodè accipiuntur, attendatur * opinio vulgi, non tamen fa- 58.
cilè in ijs, quæ sunt meri Juris, & argumentum ab opinione vulgi petitum vt plurimùm desumitur à vulgari vsu loquendi, qui certissimus rerum magister dicitur, Everhard. *in topic. legal. loco à vulgi opin. num. 1. vbi n. 8.* dicit ea, quæ in contrarium sunt allata, tunc procedere, * quando vulgaris, sive cōmunis vsus 59.
loquendi, contrarius propriæ significationi, æquè est apud peritos & imperitos, secus si apud imperitos tantùm, nimis namq; absurdum esset, quod propter abusivum modum loquendi personarum illiteratarum deberet recedi à propria significatione vocabuli, vel quod communis vsus loquendi causari posset ab insensatâ vulgi assertione, vt inquit Baldus *in L. 1. C. de success. edict.* vide quæ in simili tradit

tradit Weſenb. *conſ. 50. n. 13. circ. f.* Pari ratio-
60. ne quod de * vehementi omnium opinione dictum eſt procedit tunc, quando veritati eſt conſona, tunc enim idem operatur, quod certitudo, *poſt gl. in L. ſi quis extraneus §. ſciendum in gl. fin. de acquir. hæred.* Reyger. *loc. cit. n. 515.* quia autem jam dictum eſt, opinionem vulgi in noſtro propoſito non eſſe conſonam veritati, & apud idiotas vtplurimùm tantùm receptam, ſatis jam conſtat, quid ſecundum mentem DD. de eâ ſit ſtatuendum.

61. Ad tertiam Reſp. * non rectè ex *L. Barbarius 3. ff. de off. Præt.* deduci regulā hanc: quod error communis faciat Jus, prævaleatque ve-
62. ritati, ſed eam potius: * quod error in conditione gerentis id, quod actum eſt, non vitiet
63. Weſenb. *n. f. ff. de ritu nupt.* * deinde illi ipſi, qui regulam iſtam admittunt, eam ſic limitant: ſi id vtilitas publica, & tranquillitas ſuadeat, metiendam namq́; eſſe ex qualitate rerum & perſonarum. Oſtendendum itaque prius eſt, publicam vtilitatem promoveri, ſi debitores hujus temporis â ſolutionibus ſuorum creditorum, vel ad tempus, vel in perpetuum, INDISTINCTE liberentur, quod donec fiat, oppono illis aliam veriorem regulam, &
64. dico: * multitudo errantium, nullum facit errori patrocinium, Oſterman. *ad §. 7. v. qui duas inſt. de nupt. argt. L. 6. §. 1. ff. de off. Præſid.*

Ad

Ad quartam dubitandi rationem Resp. verum quidem esse quod diebus feriatis non rectè possint debitores conveniri, neque judicia exerceri, si tamen feriæ illæ sint publicæ, & decreto magistratùs indictæ, quales sunt ex * solennibus quidem eæ, quæ enume- 65.
rantur *in L.2.& 7. C.de ferijs* & quæ vel à Pontificibus in vniversa Ecclesia celebrandæ, vel ab Episcopis in sua cujusque Diœcesi servandæ constituuntur. * Ex indictis autem, sive, 66.
vt alij volunt, necessarijs, quæ colligendorum terræ fructuum causâ geminis mensibus ad requiem laboris indulgentior annus excepit *L.7.C.d.T.* & quæ pro ratione & maturitate fructuum â Superiore loci, aut citiùs aut tardiùs, prout vsus fert, indicuntur, *post gl. & DD. in L.4.C.d.T.* Wesenb.*n.4.ff.eod.* * Ex repen- 67.
tinis denique, quæ ex caussis varijs, puta ob rem publicam benè malève gestam, ob adventum, inaugurationem, nuptias Principis, hostilitatem, seditionem, luem publicam variè arbitratu Superioris indicuntur, vide Wesenb. *loc.cit.n.3.*

Ex quo sequitur * cum nullæ adhuc feriæ, 68.
vel ab Ecclesiastico, vel à Politico magistratu, ratione calamitatum bellicarum, & quidem præteritarum fuerint indictæ, non posse eas â populo sibi ipsi constitui, *argt.L.4. C. de Ferijs.* vbi Imperator Constantinus voluit,

vt feriæ à Judicibus pedaneis, hoc est, (vt interpretatur Wesenb. *loc. cit. n. 4.*) municipalibus conditæ, nomine & fructu feriarum careant, multò magis ergo carebunt à plebeis
69. tantùm constitutæ * argumento à majori ad minus petito, quod in Jure validum esse docet Everhard. *in locis legal. loco à majori.* Schneidew. *in § rursus n. 54. inst. de act.*

Ad quintum Resp. quemadmodum tempore pestis citatus non teneretur comparere,
70. * si tam gravis esset aëris pestilentia, vt in loco, ad quem quis est citatus, forum clauderetur, Zanger. *de except. p. 2. c. 5. num. 7.* Wesenb. *in parat. num. 14. §. nam quod supra. ff. de vsurpat. & vsucap.* vel absque periculo vitæ ad eum accedere non liceret: Ita quoque excusatur ali-
71. quis * tempore hostilitatis vel belli, quando vel in loco Judicij Jus non redditur, vel litigantes commodè, securè, & absque periculo vitæ, vel rerum suarum, mœnia locorũ egredi, vel comparere nequeunt, per not. Cacheran. *in decis. pedemont. decis. 127. num. 10. & 11.* Nos autem non versamur in tali casu, nam per gratiam DEI in nostro districtu bellum est vtcunque finitum, & cessat ratio impedimenti, ergo cessare quoque debet ipsa debitorum exceptio. Esto igitur, quod bellum & hostilitas excusationem reis præstent, ta-
72. men ex quo causa ista est * limitata, limitatum

tum quoque producere debet effectum DD. *ad §.f.inst.de auct.tut.* Schneid. *n.* 8. *§.actiones. inst. de action.* & cessante judiciali conventione, non tamen hoc ipso cessare vel impediri debet amicabilis & extrajudicialis debiti liquidi exactio.

Ad sextam rationem dubitandi Resp. non esse iniquum quod fit sine injuria, neque crudele, quod sine violentia, atqui * vim nullam 73.
facit, qui ordinariâ actione experitur, *L.factum cuique ff.de R.I.* neque * injuriam qui suo 74.
Jure vtitur. *L.nullus 25.ff. de R.I. L. injuriarum 13. §.3.ff. de injur. argt. L. 24. § f.ff.de damn.infect.* Wesenb.*n.7.ff.de aquir.rer.dom.* * Quare 75.
quod leges dicunt, dissensiones civiles reipublicæ noxias esse, *L.si quis 21. §.f. ff.de captivis & postlimin.* id intelligendum est de ijs potissimùm, quæ telis & armis, non Juris sui persequendi, sed vindictæ sumendæ causâ committuntur, quæ privatis hominibus meritò interdicuntur, juxtà regulam peculiariter in hanc rem traditam: * nemo quidquam pro- 76.
priâ auctoritate, aut vi quadam, sed legitimis actionibus petere, & persequi debet *L. extat. 13.ff. quod metus causa. L.si quis in tantam, 7.C. vnde vi.tt.ne quis in sua causa, &c.* ex qua deducitur tantum abesse, vt vetetur legitima persecutio, vt quodammodo imperetur, vel saltem expressè permittatur, trutinando verbũ

77. *DEBET, quod eſt præciſæ neceſſitatis, Coler. *de proceſſ. execut. p. 1. c. 5. num. 26.* & habetur etiam *in L. penultimâ ff. ad L. Iul. de vi pri-*
78. *vat.* vbi dicitur: ſi * creditores adverſus debitores ſuos agant, per Judicem id, quod deberi
79. ſibi putant, repoſcere debent. * Et quod ſolūmodò jurgia extrajudicialia prohibita, lites autem judiciales reipublicæ ſuo modo proficuæ vtilesq́ue ſint, deduci poteſt ex *L. æquiſſimum. alias §. 3. L. 13. ff. de vſuf.* ſuprà pro ratione dubitandi adducta, in qua iſta verba habentur: cur ad arma & rixas procedere patiatur Prætor, quos poteſt ſuâ Jurisdictione compeſcere? quaſi diceret J. C. hac ipsâ de causâ lites judiciales permiſſæ ſunt, vt evitarentur extrajudiciales, id quod gravibus verbis *in L. nullus 13. C. de Iudæis.* exprimitur, vbi
80. dicitur: idcircò * judiciorum vigor Jurisq́ue publici tutela in medio cōſtituta eſt, ne quisq́ue ſibi permittere valeat cognitionem, aut vltionem, atq; ideò judiciorum vſus introductus, vt quisq; jus ſuum judicio conſequatur publico, non ſuo privato. quâ de re plura apud Weſenb. *n. 15. ff. de judic.*

Quamvis negare neq́ue velim neq́ue poſ-
81. ſim, etiam lites * judiciales nudè ſpectatas Reipub. ſuo modo, & ſecundùm aliam conſiderationem pernitioſas eſſe, quæ cauſa eſt,
82. vt jura velint etiam harum * litium materiā ampu-

amputari *L.propemodum 13. in pr. C. de Iudic. c. finem litibus. extra de dol. & contum. L. quidam existimaverunt 21. ff. si certum pet. L. fratris 10. C. de transact.* & restringi magis, quàm laxari, *c. nonnulli 28. §. cum autem. Extra. de rescript. §. itẽ verborum 2. inst. de inut. stip.* * Illa ipsa causa mȩ 83.
impulit, cur hunc laborem susciperem & prȩsentem tractatum conscriberem, vt nimirũ pro virili mea bonum publicum juvarem, & litigantes à superfluis & temerarijs litibus cohiberem. Constat * abundè, vt opinor, ex di- 84.
ctis, non inique agere illos (loquendo in abstracto) qui credita sua à debitoribus etiam hoc tempore reposcunt.

* Suadendum igitur magis, quàm injun- 85.
gendum creditoribus est, vt rationem temporis habeant, *argt. Nov. 22. de Nupt. cap. 8.* & debitoribus quietem indulgeant; sed erit mihi magnus Orator, qui famelico ventri persuadere poterit, vt esuriat eousque, quoad tempora meliora redeãt, vel Euclioni, vt pecunijs, quibus avidissimè inhiat, adhuc aliquamdiu careat. Et hæc ad sextam dubitandi rationem.

Ad septimam * Resp. Si iste modus ar- 86.
gumentandi valeret, vix vnquam exactiones locum sibi vindicarent, semper namque respondere posset debitor creditori suo pecunias repetenti, quid me vexas? vlteriorem

concede dilationem, post aliquot annos æquè pretiosum erit aurum atq; argentum, quam
87. modò sit, non aufertur, quod differtur. * Verùm enimverò, etsi æquissimum esse censeam, vt si res dilationem patiatur, si conditio creditoris morâ debitoris non fiat deterior, si re suâ diutiùs ille carere possit, vt inducias aliquas concedat, & cum magno debitoris in-
88. commodo eum non exigat, quia * audiendus non est, qui nihil aliud facit, quàm vt noceat alteri contra naturalem æquitatem, Castrens. *de servit. vrb. præd.* & docent Theologi, creditorem non indigentem teneri sub peccato mortali non exigere à debitore rem, quâ ille indiget, vel ad sustentandam naturam, vel ad notabile damnum vitandum, Joann. Medic. *q. 3. de Eleemos. prop. f.* & post eum Eman. Sa *in aphorism. confess. v. debiti. num. 26.* Attamen si creditor egestate & necessitate prematur, si absque magno suo incommodo
89. diutiùs exspectare non possit, non erit * cum ejus detrimento debitori non valdè indigo consulendum, *argt. L. nec avus 4. C. de emanci-*
90. *pat. lib. c. primum 8. causa 22. q. 2.* Neque sic * favendum vni, vt alteri fiat injuria, *L. impuberi 40. L. cum filiusf. 28. ff. de testam. L. assiduis f. in f. C. qui potiores in pign.* vid. inf. *decad. 3. q. 6. per tot.*

Ad

Ad octavam & vltimam dubitandi rationem Resp. si * plerіq; ad inopiam sunt redacti, nonnulli adhuc erunt, qui solvendo sunt, 91.
id namque importat vox PLÆRIQUE, *argt. §. vn. inst. de legit. pat. tut. post Donat. in Terent.* Spiegelius *in Lexic. juridic. Lit. P.* Ex quo sequitur, quod aliqui saltem ad solvendum vrgeri possint, quod non qualitas * temporis, 92.
sed paupertas potius excusationem præstet, ac quod etiamnum tempus solvendi sit, quod mihi pro hîc & nunc probâsse, & evicisse sufficiat, nam vtrum ij, qui facultatibus suis tẽpore isto calamitoso fuerunt lapsi, nihilominus teneantur creditoribus satisfacere, alterius altiorisq; indaginis est, peculiariq; decisione indiget, quam in sequentibus quæstionibus videbimus.

Habemus vt sic expeditam quæstionem primam, in qua nemo miretur, me contra debitores conclusisse, * suscepi namque patro- 93.
cinium debitorum nõ indistinctè omnium, sed eorum tantùm, qui calamitate belli fuerunt depauperati. Vt igitur ordine progrediar, & sine permistione aut confusione quæstiones sequentes absolvam, * discrimen ali- 94.
quod necessariò inter debitores erit faciendum. Vel enim aliquis nihil prorsus amplius habet, & notoriè non est solvendo: vel adhuc solvendo est, neque adeò magnum damnum

passus est: vel residuum aliquid adhuc habet, non tamen tantum, vt pro hîc & nunc creditoribus suis, & quidem omnibus satisfacere possit. Quovsque vnum vel alterum vrgere liceat, distinctè pertractabo. Sequitur proinde

QVÆSTIO II.

Quousque vrgere liceat eos, de quibus constat, quod solvendo sint, tantumque in bonis adhuc habeant, vt Creditoribus suis satisfacere possint?

SVMMARIA.

1. *Debitorum illorum differentia, qui adhuc post bellum solvendo sunt, primumque genus eorum.*
2. *Milites nonnulli adeo sunt feroces, vt tanquam leones rugientes circumeant, quærentes quem devorent.*
3. *Aliud nihil meditantur, quàm quomodo noceant.*
4. *Pro hoste eum reputant, quem aliquid habere sciunt.*
5. *Melius est prudenter tacere, quàm multa imprudenter effutire.*

6. Se-

6. *Secundum genus debitorum adhuc ſolvendo exiſtentium.*
7. *In Civitatibus tutiùs habitare, quã in pagis.*
8. *Belli fructus & eventus.*
9. *Tertium genus eorum debitorum, qui belli tempore fuerunt locupletati.*
10. *Vid: Proditores. 11. & emptores rerum vi ablatarum.*
12. *Exclamatiuncula in emptores rerum furtivarum, & vi ablatarum.*
13. *Debitores adhuc ſolvendo exiſtentes, etiam poſt bellum ſolvere tenentur.*
14. *Parùm pro nihilo reputatur.*
15. *Bis ſolvit, qui egenis ſolvit.*
16. *Moram in ſolvendo faciens tenetur ad intereſſe.*
17. *Damnum illud non æſtimatur, quod cum alio lucro compenſatur.*
18. *Benefacientibus benefaciendum.*
19. *Quos amor juſtitiæ (vel timor* DEI) *à malo nõ revocat, temporalis pœnæ formido coërceat.*

HOs reperio in triplici eſſe *differentia, aliqui namq; nullum omninò, vel modicum damnum â militibus fuerunt perpeſſi, ſed horum eſſe quàm pauciſſimos credo, eosque in ſingulis Civitatibus vix numero æquare portas, quæ Thebis fuerunt, tanta namque eſt veſania & mali- 1.

2. malitia quorundam * militum, vt tanquam leones rugientes circumeant, quærentes quē
3. devorent, & diu noctuque * aliud nihil meditentur, quàm quomodo contra naturalem æquitatem hostiliter noceant, crumenasque paganorum exhauriant: tam implacabilis &
4. insatiabilis est eorum animus, vt * pro hoste & inimico illum reputent, quem adhuc aliquid possidere & tenere vident. Sed de his
5. * malo prudenter tacere, quàm sine fructu multa effutire. *argt. L. §. 16. C. de vet. Iure enucl.* vide laudes eorum apud Gail. *1. de PP. c. 3. num. 7. & c. 4. num. 32. vsque ad num. 39. & num. 43.*

6. Alij * sunt, & numero quidem plures, quàm priores, qui non exigua senserunt damna, illa tamen suâ industriâ resarserunt, vel agros suos colendo, vel consueta artificia sua exercendo, vel mercimonia tractando. Hos
7. vt plurimùm reperire est in munitis * civitatibus, reliqui namq; pagorum & vicorum incolæ rapacitati & libidini prædonum præteritis annis adeò fuerunt expositi, vt quicquid vno die corrasissent, altero die incursu hostium, (vel hostilium amicorum) iterum
8. amitterent, vnde * coacti fuerunt stationes suas deserere, agros incultos relinquere, opera manuum abrumpere, & fame tandem in exilio miserrimè perire.

Alij

Alij * denique tam parùm damni fuerunt 9.
perpeßi, vt quibus anteà curta ſupellex fuerat, poſteà diteſcerent, & rem familiarem plurimùm augerent. Horum non exiguus
eſt numerus, * qui ſcilicet mercede acceptâ 10.
hoſtibus bona abſcondita prodiderunt; eos, quibus ſciebant aliquid adhuc ſupereſſe, malitiosè denuntiârunt, quiq; bona bello * ca- 11.
pta, vel, (vt meliùs dicã) furto *ſubditis* ſubducta, & vi ablata à prædonibus illicò *lucri faciendi causâ* coëmerũt, & promptâ pecuniâ ſolverunt, non juxtà rerum condignum preciũ, ſed longè infra dimidiam pretij dignitatem, ac valorem, vt ijdem ſuis ſarcinis & prædis liberi ad nova furta ſeſe accingerent, quæ ipſi rurſus coëmerunt, & vili quibuſvis diſtraxerunt, ac divendiderunt. In quos * exclamat 12.
Jodocus Damhoud. *prax. crim. c. 117. n. 2.* O ſceleratos mercatores! dignos vos cenſeo, qui cum veſtris authoribus & præraptoribus inter cœlum & terram ſemiſaltum ſpectanti populo peragatis, vt tali ſpectaculo perterriti cæteri caveant ab hujuſmodi prædonibus ablata furta coëmere, & ipſis liberiorem anſam furandi ſuppeditare.

De omnibus iſtis tribus verum eſt, quod in Reſponſo ad primam quæſtionem ſuprà dixi,
* quod nimirùm, ſi nullâ aliâ legitimâ ex- 13.
ceptione ſe tueri poſſint, creditoribus ſuis ſatis-

ſatisfacere debeant, neq; ſolutionem retardare valeant.

Et quidem ſi ſermo ſit de primis, qui nul-
14. lum * aut ſaltem modicum (quod pro nullo in Jure reputatur *L. habitatores 27. in pr. ff. locati. L. ab hoſtibus 15. §. 3. ff. ex quibus cauſ. major.*) damnum perpeſſi ſunt, ſtulti omninò eſſent, ſi ſe calamitatibus belli, quas tamen non deguſtârunt, excuſare, & impij prorſus ac ingrati, ſi creditoribus fortè extrema patientibus in neceſſitate non ſuccurrere, neq; præſtare illud vellent, ad quod omni Jure tenen-
15. tur. Planè * bis ſolvit, qui nunc egenis ſolvit. *argt. eorum quæ not. gl. ad L. 85. ff. de ſolut.* & præter debitum juſtitiæ, charitatis quoq; actum valdè meritorium exercet. Suadeo proinde omnibus hiſce debitoribus, vt memores ſint beneficij ſibi conceſſi, ſpontè matureq; creditoribus ſuis ſatisfaciant, ſcituris alioquin, quod præter indignationem, quam apud ſupremum Judicem propter ſummam ingra-
16. titudinem incurrent, * damna ab ijs ob moram perpeſſa, vel lucra amiſſa pleniſſimè teneantur refundere, vid. Dd. *ad L. vn. C. de ſent. quæ pro eo quod intereſt, prof.* Matth. Coler. *de proceſſ. execut. p. 1. c. 10. nov. edit. num. 126. & 130.* And. Gail. *2. obſ. 5. n. 14. & 15.* Frideric. Martini *de cenſib. c. 3. n. 13.* Weſenb. *in parat. n. 9. ff. de vſur. eundem conſ. 50. n. 32. & ſeqq.* Novell. conſtit.

ſtit. Bavâric. *de anno 1635.* §. es hätte ſich denn. *confer. decad. 3. q. 7. n. 67. & 68.*

Quod attinet ad ſecundos, nec illi ſe honeſtè excuſare poſſunt, quandoquidem * damnum illud æſtimari non debet, quod cum alio lucro compenſatur *argt. c. 3. in pr. Extra. de locato. L. ex conducto 15. §. ſi vis tempeſtatis, & §. ſi vno 4. ff. locati. L. licet 8. C. eod.* 17.

Vltimi deniq; tam parùm excuſandi, vt loris etiam & ſcorpionibus ſint ad hoc adigendi, vt ſcilicet * benefactoribus ſuis de mammona iniquitatis *Lucæ 16.* benefaciant, *argt. L. ſed etſi 25. §. conſuluit 11. ff. de pet. hæred.* & creditoribus pecunias, quibus ipſi fortaſſis ab interitu ſuo ſervati fuerunt, reſtituant, ita vt quos amor Juſtitiæ * & charitatis vel ab ingratitudine non revocat, vel ad ſatisfaciendū muneri ſuo non invitat, eos formido pœnæ, & neceſſitas periculi coërceat. *fac. c. vt clericorum. Extra de vit. & honeſt. Cleric. L. ſancimus 6. C. ad L. Iul. repet. c. cum in cunctis 7. §. f. Extra. de elect. c. vergentis 10. Extra. de Hæret.* Weſenb. *n. 9. ff. de pœn. id. n. 6. C. de hæret.* Quâ verò ratione, quibus modis & medijs, ad ſolutionem vrgendi ſint, videri poteſt Matthias Colerus *in tract. ſuo de proceſſ. execut.* per tot.

18.

19.

QVÆSTIO III.

An mora tui Debitoris excuſet te, quò minùs mihi ſatisfacere debeas?

SVMMARIA.

1. Exceptio legitima non eſt: debitor meus mihi non ſatisfacit, Ergò neq; ego creditori ſatisfacere teneor.

2. Mora debitoris tui non excuſat te à ſolutione creditori facienda, & n. 5.

3. Quæſtioni Domitianæ convenit reſponſum Celſianum.

4. Difficile eſt refutare ea, quæ veniunt contra prima principia.

6. Factum cuivis ſuum, non alijs nocere debet.

7. Mora ſua cuilibet nociva.

8. Dolus ei tantùm nocere debet, qui eum admiſit.

9. Non debet alteri per alterum iniqua conditio inferri.

10. Nemo alterius odio prægravari debet.

11. Mora tui debitoris non extinguit, nec ſuſpendit actionem meam.

12. Nemini de jure tertij datur exceptio.

13. Multò minus de injuria tertij.

14. In-

14. *Injuria mihi illata non facit, vt alteri impunè injuriam inferam.*
15. *Ex absurdo non nisi absurdum sequitur.*
16. *Vno inconvenienti dato multa sequuntur.*
17. *Ex illegitimo principio non potest legitima nasci consequentia.*
18. *Vbi non est par ratio, neq; par admittenda excusatio.*
19. *Varietas circumstantiarum jus variat.*
20. *Delegatio debitoris non habet locum invito creditore.*
21. *Invitus nemo cogitur mutare debitorem suum.*
22. *Compensatio alieni debiti non admittitur.*
23. *Liquidi ad illiquidum nulla compensatio.*
23. *Simultaneè quando procedendum?*
25. *Reconventio & Conventio simultaneè expediuntur.*

QUia in superiori quæstione dictum fuit, eos, qui adhuc solvendo existunt, ad plenam satisfactionem vrgendos esse, si nullâ aliâ legitimâ exceptione se tueri possint, ideò nunc quæritur: an exceptio illa, quam sæpiùs audimus ab idiotis ingeminari, & frequentissimè creditoribus obijci,* legitima sit dicenda, nec ne? 1.
videlicet: Man gibt mir auch nichts / wann man mich bezahlt / so will ich auch bezahlen / ꝛc.

iste

iſte & iſte debitor meus mihi non ſatisfacit, cur ergò tibi ſatisfaciam? ſi ab illo pecunias recepero, tunc me tibi ſatisfacturum ſpon-
2. deo. Adeoque in effectu: * vtrum debitor meus per moram vel negligentiam ſui debitoris excuſetur â ſolutione mihi facienda?

Hæc quæſtio iterum apud Doctos nullam
3. habet dubitationem, & quia ſimilis eſt * quæſtioni Domitianæ *in L. Domitius 27. ff. de teſtam.* breviſſimè expediri poſſet per Reſponſum Celſianum. Nihilominùs quia inter plebejos paſſim agitatur, & aſſertio ejus pro veritate reputatur, non poſſum eam, quamvis libenter vellem, ſicco tantùm pede tranſire. Et
4. ſicut ſupra in quæſtione primâ dixi, * difficile eſſe, invenire argumenta pro refutandis ijs, quæ contra prima principia afferuntur, ita hîc eadem quoq; difficultas redit, & acquieſcendum erit, vel generalioribus regulis, vel vndiq; conquiſitis & emendicatis quodammodò argumentis.

5. Ad rem autem ipſam accedendo, dico: * moram & negligentiam debitoris regulariter meum debitorem non excuſare, quo minùs ſatisfaciat mihi creditori ſuo. idque propterea, ſi ad tertium, id eſt, debitorem de-
6. bitoris reſpiciamus, quia * factum cuivis ſuum non alijs nocere debet, *L. factum cuiq; 155. ff. de R. I.* * mora cuilibet ſua (non alijs)
7. eſt

eſt nociva *c. mora 25. de R I. in 6. L. in condemnatione §. unicuiq; ff. eod.* * dolus ei tantùm 8.
nocere debet, qui eum admiſit, non alteri, *L. is qui a debitore 9. ff. quæ in fraud. cred. L. 18. §. 3. ff commodati.* * Non debet alteri per alte- 9.
rum iniqua conditio inferri. *L. non debet 74. ff. de R. I. Card. Tuſch. pract. concluſ. lit. A. concluſ. 113.* * nemo alterius odio prægravari de- 10.
bet *c. non debet 22. de R. I. in 6. L. ſi quis 23 §. 1 C. de inoff. teſtam. argt. c. nobis 27. Extr. de Simon. c. ſicut tuis 23. Extr. eod.* Ex parte verò mei debitoris propterea, quia ſi me â limine judicij repellere deſiderat, debet oſtendere vel obligationem extinctam eſſe, vel ſuſpenſam; atqui ex Jure non oſtendet, quod * 11.
mora tertij vel extinguat, vel ſuſpendat actionem meam, E. &c. Deinde exceptiones debet ex Jure ſibi competente, vel ex facto ſuo depromere, non ex alieno, * nemini
namque de Jure vel facto tertij facile datur 12.
exceptio *argt. L. Loci 4. §. competit 7. ff. ſi ſervit. vind. argt. L. ſi quis 8. § 1. ff. de præſcript. 30. annorum.* Weſenb. *n. 6. ff. de pact. add. §. retinendæ 4. v. ſed interdicto. ibi. etiamſi alium, inſt. de interdict. add.* Weſenb. *n. 6. ff. de excep. & n. 7. in f. C. eod. L. 1. ff. de except. rei jud.*

Vnde tertiò ſic infero, vel debitor tuus dolosè differt ſolutionem, vel ſine dolo, propter impoſſibilitatem & inopiam: ſi

prius, injuriam tibi facit, consequenter tibi non nascitur inde exceptio, quando namq; de jure tertii nemini datur exceptio, vt pau-
13. lò ante vidimus, * multò minùs de injuriâ
14. tertij dabitur; etenim si ob * injuriam â tertio acceptam liceret alteri quoque injuriam facere, sequeretur illud inconveniens, quod si Titius te percussisset, tu me quoque percutere, si ille tibi res tuas furto subtraxisset, tu quoque mihi res meas justè subtrahere pos-
15. ses, & mille alia similia absurda; nam ex * absurdo non nisi absurdum sequi potest. Joan Emer. â Rosbach, *prax.civ.t.40.n.49.*
16. &* vno inconvenienti dato, multa sequuntur. *L.trajectitiæ 21.vbi.gl v. alioquin. ff.de O. & A.L.divortio 8.vbi gl. v. alioquin ff.solut. matr.argt.L ratos 7.C.de rescinden. vend.* eò
17. quod ex * illegitimo principio non possit legitima nasci consequentia. *argt. L.f. C. de nat.lib.* Dec.*in cons.365 in pr.* Andr.Gail, *2.obs. 115.n.1.*

Si posteriùs verum sit, scilicet debitorem tuum propter inopiam & impossibilitatem tibi solutionem denegare, jam non est par
18. * ratio, & similis conditio tua & debitoris tui, suppono enim te solvendo, & in facultatibus positum esse, consequenter non erit eadem quoque admittenda exceptio, vel excusatio.

Quartò

Quartò posset etiam melioribus temporibus debitor tuus in mora existere, & solutionem retardare, anne propterea etiã tunc te excusari posse putas? quid ergo causaris calamitates temporis, cùm si hæ respiciendæ essent,* varia & diversa statui deberent, 19.
argt.L.1.§.meritò 2.ff.depositi.

Quintò vel vis mihi vt sic tuum debitorem* delegare, dicendo in effectu: Titius 20.
mihi debet tot & tot, pete ab illo, atqui hoc me invito fieri non potest *L.1.C.de novat.* nam eum, â quo mutuam sumpsisti pecuniam, in solutum nolentem suscipere nomen debitoris tui, compelli Juris ratio non permittit, *L.16.C.de solut.* Wesenb. *num.ff. de alienat.jud.mut.ca.* *s.id.C.eod.* quia* nemo 21.
invitus cogitur mutare debitorem suum, etiam tunc, cum magis idoneus offertur, *L. si mandatu meo.45.ff.mandati.* (uide tamen exceptionem infrà decad.2.*q.2.n.80.&.81.*) Vel in effectu desideras compensare debitũ tuum, cum eo, quod tibi Titius debet, atqui iterum absurdum & inauditum est, vt* 22.
compensatio alieni debiti admittatur, *L. ejus 9.C.de compensat.* presertim cum fieri possit, vt mea prætensio sit liquida, tua autem, quam contra Titium habes, prorsus illiquida,* liquidi autem ad illiquidum nulla cõ- 23.
pensatio L.*f.C.de compensat.*

Vel deniq; in effectu hoc tantùm inten-
24. dis,* vt simultaneè procedatur, hoc est, vt tu non prius ad solvendum mihi condemneris, & cogaris, quàm debitor tu⁹ condemnetur, & compellatur ad satisfaciendũ tibi: sed neque in hoc audiendus es, quia impar est conditio tua, & debitoris forsàn tui; liquidùm fortassis debitum meum, illiquidum tuum, quemadmodùm igitur * recon-
25. ventio & conventio simultaneè non expediuntur, si de utrâque causâ non pariter liquet, Myns.*cent.1.obs.10.n.1.* cum tamen lis inter easdem personas ibi agitetur, & de natura reconventionis sit, vt simultaneè cum conventione expediri, & quantum ad tempus attinet, eadem sententiâ terminari debeat. Wesenb.*num.2.quæ sentent. sine appell.* Myns.*cent.1.obs. 10.* quantò minùs igitur simultanea expeditio Jure desiderari potest, si diversæ causæ, diversæ qualitatis, inter diversas personas, diversæ conditionis agitentur?

Atq; ita finem huic intermedianti quæstioni impono, ad propositamq; quæstionem principalem redeo, cujus membrum secundum restat decidendum.

QUAE-

QUÆSTIO IV.

Quousq; liceat juxta varias Dd. opiniones vrgere illos debitores, qui calamitate belli desierunt notoriè solvendo esse: & utrum in specie possint incarcerari, manusque illis injici.

SUMMARIA.

1. *Manus injectio quot habeat species?*
2. *De quibus inposterum sit sermo futurus?*
3. *Malefactores sine dubio incarcerari possunt.*
4. *Carcer pœnalium & hominum noxiorum est.*
5. *Carcer non est comparatus ad pœnam, sed ad custodiam.*
6. *Carceris pœna quandoq; admittitur, præsertim de Jure Canonico.*
7. *Status præsentis quæstionis.*
8. *Debitor in genere quis dicatur?*
9. *Debitor ex maleficio incarcerari potest, tam paterfamiliâs, quam filiusf: & n.20.*
10. *Contumacia debitoris meritò punienda.*
11. *Qui non habet in ære, luat in corpore.*
12. *Cedens bonis carceres effugit, & n.19.*

13. *Personæ honestiores non possunt incarcerari.*
14. *Debitor ex causa civili an poßit incarcerari.*
15. *Opinio affirmativa.*
16. *Tutores suspecti ob suam pervicaciam possunt carcerari.*
17. *Gloßa putat debitorem ex causa civili capi posse.*
18. *Aliud est factum aliquid esse, aliud justè factum.*
19. *An in corpora civium Romanorum verberibus animadvertere licuerit?*
21. *Qui bonis cedere potest, is incarcerari potest.*
22. *Debitorem eximens de manu familiæ tenetur ad debitum pro eo exolvendum, sive sit debitor fisci, sive privati.*
23. *Debitores incarcerari non possunt, quando creditores renunciârunt Juri carcerandi.*
24. *Auctores opinionis affirmativæ.*
25. *A Carceratione non est incipiendum.*
26. *Ordo executionis à D. Pio præscriptus.*
27. *Ad capturam non nisi excußis priùs bonis deveniri potest.*
28. *Covarruviæ.* 29. *Guid. Papæ opinio.*
30. *Distinctio inter capturam, & incarcerationem.*
31. *Distinctio inter eos debitores, qui semel fuerunt in judicio, & qui non fuerunt.*

32. *Opinio Nicolai Boërii, & Benedicti de Capra. Exempla aliqua, quibus obærati debitores in vincula conjecti.*
33. *Negativa opinio, quod debitor pro civili causa capi vel incarcerari non possit.*
34. *Consuetudo Galliæ hac in re.*
35. *Debitor fisci ob causam civilem incarcerari potest.*
36. *Debitor de fuga suspectus capi & incarcerari potest.*
37. *Statutum & consuetudo valet, ut debitor ob causam civilem possit incarcerari.*
38. *Tolerabilia sunt, quæ vetus consuetudo comprobat.*
39. *Debitor se ad carcerem obligare potest. 41. Auctores hujus opinionis.*
40. *Grave est fidem fallere.*
42. *Bonis cedere potest etiam is, qui se ad carceres obligavit.*
43. *Rationes, ob quas debitor ex causa civili carcerari nequit.*
44. *Qui non habet in ære, quando luat in corpore?*
45. *Pœnæ non sunt producendæ, ultra casus expressos.*
46. *Carcer pœnalium & hominum noxiorum est, & mala mansio.*
47. *Liber homo ob æs alienum servire non debet.*

48. *Servitus mortalitati æquiparatur.*

49. *Servitutis species est, non dare facultatem recedendi à loco.*

50. *Carcer species servitutis est.*

51. *Spoliatus libertate suâ ante omnia restituendus.*

52. *A captura non est inchoandum, sed in executione servandus ordo à D. Pio præscriptus.*

53. *Carcer ad custodiam, non pœnam debet esse comparatus.*

54. *De duritia redargui potest, qui nihil aliud quærit, quam affligere debitorem.*

55. *Liberi hominis caro & corium in commercio esse non debet.*

56. *Votum captandæ mortis induci non debet.*

57. *Abstrahendus nemo est ab officijs suo statui convenientibus.*

QUamdiu illud, quod debetur, præstari à debitore potest, tam diu regulariter loquendo eum ad solutionem urgere licet, si autem solvere nequit, natura cogit, ut pro eo aut nihil omninò, aut id saltem prę̨stet, quod potest, Zanger *in tract. suo de except. p. 3. c. 1. num. 141.* Et hoc in casu creditores soliti sunt, cum aliud non expectarent, manus debitoribus suis injicere.

Etsi

Etſi executio, quæ fit per manuum * injectionem, vel per detentionem perſonæ, multas ſub ſe contineat ſpecies, videlicet carcerationem, arreſtum, obſtagium, operarum præſtationem, &c. Coler. *de proceß. execut. p. 1. c. 6. n. 3.* tamen quia de arreſtis Pet. Peckius, & Andreas Gailius, item Berlich. *part. 1. concluſ. 50. & ſeqq.* bene & fusè ſcripſerunt, & obſtagia in deſuetudinem abierũt, modernóque tempore * plerumque ad incarcerationem, & operarum præſtationem creditores importuni debitores ſuos vrgere conantur, ideò quæ hac in re & aliorum & mea ſit ſententia, fuſiùs nonnihil aperiam. 1. 2.

De carceribus * malefactorum, & eorum, qui crimina publica commiſerunt, non attinet hoc loco multa dicere, certum eſt enim, & docet quotidiana praxis, hos non tantum compedibus & vinculis conſtringi, verùm etiam carceribus mancipari poſſe, quia * carcer pœnalium, carcer hominum noxiorum eſt, *text. in L. nemo carcerem 2. C. de exaction. tribut. L. 10.* Bald. *in tract. de carcerib. c. 2. n. 2. inf. vid. inf. n. 46.* 3. 4.

Et quamvis * carcer non ſit comparatus, neque etiam haberi debeat ad pœnam, ſed tantùm ad cuſtodiam, idque tam de jure civili antiquo *L. aut damnum 8. § ſolent Præſi-* 5.

des.ff.de pœnis.L.1.& 2. C.de custodia reorum. Jul.Clar.§.*f.q.70.v. pœna autem* 4. Gail.*1. de pac.publ.c.1.num.32.id.1.obs. 26. num. 7. cum seq.maximè.n.10.*Matth.Coler.*p.2.c.6.*Wehner.*in observ.pract.v.*Gefängnuß.Dn.Besold. *in thesau.pract.v.*Gefängnuß/ *14. §. quamvis, & §.de jure civili,* Joan.Herman.Stam.*de servit.pers.c.4.l.1.num.15.vbi unicum casum excipit.qui habeatur in L.1.§.f.ff.de aleæ lus.& aleat:*quam etiam novo *constit.crim.Carol.V.artic.218.v.*So werden auch/ꝛc. nihilominùs
6. admittitur aliquando pœna * carceris in puniendis furibus & aliis,qui mulctam solvere non possunt, & tamen graviorem pœnā coporis non meruerunt, *ex constit. Carol. V.pœnal.art.157.v.*Wo aber der Dieb/ & carceres perpetui de jure can. loco pœnæ sunt permissi, *c.quamvis 3.de pœnis in 6.* Jul.Clar. *d.v.pœna autem. ibid.apud clericos autem.* Gail.*loc.cit.*Stā.d.c.4.l.1.n. 15. & de consuetudine carcerem vbiq; pro pœna haberi videmus,*idem ibid.n.33.* quod vtplurimùm fit in levioribus delictis, vbi major pœna non subsequitur,aut in gravioribus quandoque ob mitigationē in personis egregiis, Wehner.*in obs.pract.vt.*Gefängnuß.§.*hodie.* Plura de carceribus & carceratis ob maleficia videantur apud Farinac.*l.1.tit.4.* per multas quæstiones.

Mihi

Mihi hîc sermo erit de hoc solùm, an * 7.
creditor ad id agere, & apud Judicem instare possit, vt debitorem suum non solvendo existentem, vel etiam solvere nolentem carceribus includat? Et quia debitor * in ge- 8.
nere loquendo dicitur non tantùm is, qui ex civili causa nobis obstrictus est, sed etiam ex maleficio, & tâm ex contractu, quàm ex delicto *per L. 14. cum seqq. ff. de pet. hæred.* Schard. *in Lex. V. Debitor.* Brun. *in. tract. de ceß. bon. q. 26. princip. n. 8.* vid. Card. Tusch. *lit. D. conclus. 34. & 35.* ideò quæstio de vtroque procedit. Et si quidem de eo loquamur, qui ex delicto * vel maleficio obligatus 9.
est, & condemnatus ad pœnam pecuniariam, res non habet magnam difficultatem, nam apud omnes in confesso est, eum actore consentiente & petente incarcerari posse, Matth. Brun. *in tract. de ceß. bon. q. 17. quart. quæst. princip.* Bald. Perus. *in tract. de carcer. c. 1. num. 4. ibi: puto de quacunq; persona.* Andr. Gail. *2. obs. 64. num. 12.* vbi multos textus ad hoc allegat, Nicol. Boër. *decis. 349. num. 8.* Farinac. *q. 27. de carce. num. 39.* Myns. *§. pœnales. n. 44. inst. de action.* Oldend: *class. 1. act. 4. in pract. num. 4.* idque locum habet, non tantùm in patrefamilias, sed etiam in filiofam. Wesenb. *in parat. num. 10. C. de noxal.* Ratio potest esse ista: nam vel ideò non solvit,

quia

quia non vult, vel ideò, quia non poteſt: ſi primum; delictum delicto cumulat, & meritò ejus * contumacia & inobedientia puniri poteſt, non tantùm incarceratione & manus injectione, verùm etiam alijs modis, de quibus Weſenb. *in parat inf. tit. ff. ſi quis jus dicenti non obtemp. & in fine tit. ff. de Edendo*. Gail. *1. obſ. 17. num. 7* Schneid. *in princ. num. 2. inſt. de excuſ. tut.* Si ſecundum: tunc meritò ſibi locum vindicat vulgaris regula:

11. Qui non * habet in ære, luat in corpore *L. fin. ff. de in jus voc. & L. ſi quis injuriam 35. ff. de injuriis. L. ſi quis 7. §. in ſervos. 3. ff. de Juriſdict. gl. & text. in L. 1, §. 1. ff. de pœnis. L. ad cognitionem 13. ff de ceſſ. bon.* Card. Tuſch. *lit. C. concl. 1048. & D. concl. 53.* Gail. *1. obſ. vlt. num. 4.* Mynſ. *§. cum ea. num. 13. inſt. de act.* Schneid. *num. 11. inſt. quibus ex cauſ. man. non lic.* Socin. *reg. 81.* Boër. *d. deciſ. 349. num. 8. & 10. vid. inf. n. 44.* Ratio alia, quia medium effugiendi car-

12. ceres, vt infra videbimus, eſt ceſſio * bonorum *L. 1. C. qui bon. ced. vid. decad. 2. q. 1. n. 2. decad 1. q. 7. n. 1.* atqui obligatus ex maleficio non poteſt cedere bonis, vt alibi dicam, *decad. 2. q. 8. n. 6. decad. 3 q. 7. n. 3. decad. 2. q. 8. n. 23* ergo obligatus ex maleficio poteſt incarcerari. Boër. *loc. cit.* Et quamvis per hoc nulla utilitas accedat debitori, prodeſt tamen reip. *argt. L. ita vulneratus ſi ff. §. æſtimatio. u.*

quod

quodsi quis ff. ad L. Aquil. sicut & tunc, quando per viam accusationis publica vindicta petitur.

Id tamen non procedit in * personis honestioribus, aliisq; de quibus infra *q. 7. n. 34. & seqq.* referam, quod ne quidem ob publicum delictum, vel tunc incarcerari possint, quando se expressè ad pœnam carceris obligârunt, ad quod est *textus in L. tutor. §. qui pecuniam ff. de suspect. tut.* vbi dicitur: sed sciendum est, non omnes hac severitate debere tractari, sed vtique humiliores, cæterùm eos, qui sunt in aliqua dignitate positi, non opinior (*inquit. Vlp. J. C.*) vinculis publicis contineri oportere. 13.

Si verò sermo sit de eo, qui ex contractu, vel quasi contractu, vel pro debito * civili obligatus est, non conveniunt inter se Doctores, an talis aliquis de jure carcerari queat, nec ne; quod mirum videri potest in re tam communi & fermè quotidianâ. 14.

Ego priusquam meum judicium proferam, aliorum opiniones (cum aliqua fortassis lectoris nausea, sed non sine causa) præmittam.

Affirmativam * & quod incarcerari possit, tenet Bald. Perus. *in tract. de carcer. c. 2. n. 1.* vbi quærit: an pro debito privato possit quis incarcerari? & respondet in terminis: 15.

quod

quod pro quolibet debito possit fieri, adducitque pro se *text.in L.3.§. tutores 16.ff. de suspect.tut.c.2.extra.de pignor.gloß.in c.non satis. 14.dist.86.L.1.C.qui bon.ced.poß.* Sed ex his omnibus textibus vix vnus directò facit ad propositum. Nam *in d.L.3.* jubentur * tuto-
16. res illi, qui pecuniam ad prædiorum emptionem conferre, neque deponere pervicaciter perstant, quoad emptionis occasio inveniatur, vinculis publicis contineri, & insuper pro suspectis haberi; vbi haud dubiè non de mero contractu sermo est, sed de suspecti crimine, & pervicaciâ tutorum puniendâ. In *c.2.extra de pignor.* prohibetur homo liber pro debito teneri, & si res defuerint, quæ possint pro debito addici, vbi gl. addit: id verum esse, si bonis cedere voluerit, nam si constet de debito, & debitor non
17. cedat bonis, putat * *gl.margin.ibid.* eum capi posse. In *c.non satis 14. dist. 86.* dicitur quidem culpam esse, si justus excrucietur in carcere, & pœnis, & suppliciis propter debitum aliquod, & non adjuves: non tamen i-
18. bi dicitur, quod incarceratio * de jure fiat. quamvis enim leges tale quid accidisse dicant de facto, tamen ob id factum non probatur, Sichard. *ad L.12.n.4.C. de O. & A.* In *L.1.C.qui bon.ced.poß.* habetur, beneficium cessionis in eo debitoribus prodesse, ne detru-

trudantur in carcerem vnde non malè inferre licet, & de facto infert* Gothof. *in notis ibid.* quod vincula & carceres iis propositi fuerint, qui creditoribus suis non satisfacerent. Licet enim civium Romanorum corpora quodammodo quasi sacra essent, neque verberibus in eos animadvertere liceret, tamen inopes debitores, nisi legis Juliæ præsidio tuti fuissent, verberibus & cruciatui corporis subjicebantur, Hotoman. *quæst.26.* Cujac. *ad Nov.135.* idque deducit *ex L.1.C.d.T.* Ex quo textu apparet, hanc opinionem Baldi valdè esse probabilem, quam idem ibid. 19.

Ampliat *num.4* vt etiam* filiusf. possit incarcerari, post Bart *in L.si filia ff. solut. matrim.* de quo tamen vide Wesenb. *n.3. in f. ff. quod cum eo.* 20.

Ampliat deinde, vt non tantùm pro debito privato possit aliquis incarcerari, si nō vult solvere, sed etiam & multò magis pro debito fisci, *per L.2. C. de exact. trib. l.10.* Bald. *loc. cit. c.2. num.1.* rationem horum reddit hanc: quia debitor fisci potest* cedere bonis *gl. in L.2.C. qui bon. ced. poß.* & filiusf. potest cedere bonis, *per generalit. L.1.C. qui bon. ced. poß* E. infert. *c.1. num.4. & c.2. num.1.* hoc ipso præsupponitur, quod incarcerari possit, 21.

poſſit,quia ceſſio bonorum fit, vt cedens li-
beretur à carceribus.*vid.inf.decad.2.q.1.num.
116.& num.111.*

Ampliat tertiò,vt in debito civilis is, qui
22. * debitorem de manibus familiæ eximeret,
teneretur ad illud debitum, ad quod carce-
ratus tenebatur, *per L. quoties 3.C.de exact.
tribut.Bald.loc.cit.c.2.n.2.in f.*Schneidew. §.
pœnales quoq; n.84.inſt.de action. Weſenb.*in
parat.num.5.ff.ne quis eum qui in jus voc.*&
quamvis ille textus loquatur tantum de de-
bitore fiſci,tamen etiam ad privatos perti-
net, quia non cenſetur aliquid ſpecialiter
ſtatui in fiſco, niſi nominatim dicatur, *per
L.item veniunt §. in privatorum ff. de hæred.*
Oldend. claſſ. 1. act. 5.in aff.remed.num.2.
Idem tamen Baldus doctrinam ſuam re-
ſtringit,&

Limitat,niſi creditores * renunciâſſent
23. Juri carcerandi, poſt Bart. *in L.1.C.qui bon.
ced.poſſ.id.*Bald.*c.1.n.4.*

Et hæc eſt doctrina Baldi *in d. tract.de car-
cer.*ſuper hac materia & quæſtione noſtra.

Eandem ſententiam * affirmativam,
24. quod videlicet de Jure com̃uni pro debito
quis incarcerari poſſit,tenet Arnold.de Rey-
ger *in ſuo theſau.v.Carcer.num.62.* Albert.*in
rub.qui bon.ced.poſſint.in prima quæſtione.* al-
legatus à Boër. *decis.349. num.8.* Zanger.*de
ex-*

except.p.3.c.1.num.143. Octau. Cacheran. *in decis.pedemont. decis. 123.* ubi tradit *num.4.* etiam ſenem pro debito civili detinẽdum, & addit *n.3.* Rationem : nam cum regula ſit generalis , non videtur ab ea recedendum, niſi expreſsè aliter cautum ſit, & præſertim in diſtrictu Pedemontano, vbi generaliter diſpoſitum, & conſuetudine receptũ eſt, omnes pro cauſa civili poſſe incarcerari in *contumaciam* non ſolventium, nullâ diſtinctione ætatis habitâ. *vid.inf.q.5.num.31.* Adſtipulatur Robert. Marant. *in ſpec.aur. Rub.de executione num.9.* vbi ait: quod debitor nõ habens bona ſufficientia carceretur; addit tamen *ibid.num.8.* non ſtatim à * car- 25.
ceratione eſſe incipiẽdum, ſed in executione ſententiæ in civilibus ſervandum * ordi- 26.
nem traditum *per.L.â Divo Pio.§.in venditione.ff.de re judic.* ſcilicet vt primò capiantur mobilia, deinde ſtabilia, poſteà nomina debitorum , & his deficientibus vltimo loco deveniendum ad capturam * perſonæ, *vid.* 27.
inf.q.6.n.20. non enim debere capi perſonam pro debito, niſi priùs excuſſis bonis. Id. ibid. *num.12.cum ſeqq.* enumerat quatuor caſus, quibus iſte ordo non ſervetur. Angel. Aret. *ad §f.num.2.inſt.de action.* facit longam diſtinctionem, quæ videri poteſt. Didac. Covaruu. * *l.2.var.reſolut.c.1.n.4.in.f.* dicit:re- 28.

 gulari-

gulariter, si quis rebus ac bonis careat, ex quibus solvi possit æs alienum, in carcerem deducitur, quin & si debitum sit ratione redituum regalium, præcisè debitor in carcerem lege Regiâ mittendus est, donec solvat, etiamsi habeat res, quæ possint pro solutione dari; & vtrumque colligi *ex L. nemo. 2.*
29. *C. de exact. tribut. l. 10.* Guido * Papæ *in decis. Grationop. q. 61. n. 1.* tenet: aliquem pro debito pecuniario se posse obligare ad carceres, donec solvat creditori, in debitis autem fiscalibus fieri incarcerationem etiam pro debito pecuniario ex privilegio fisci, etiamsi debitor se non obligaverit ad carceres *per L. nemo 2. C. de Exact.* Joan. Fab. *ad § f. inst. de act.* etiam tradit, quod debitor fiscalis possit poni in carcerem, & post ipsum Angel. *ibid. n. 2.*

Alij * distinguunt inter capturam &
30. carcerationem, Bart. *in L. sacrilegij in f. ff. ad L. Jul. pecul.* vbi docet: debitorem fisci posse capi, hoc est teneri sub custodia in palatio, sed non carcerari, nisi persistat in *contuma-*
31. *cia. vid. inf. q. 5. n. 31.* Alii distinguunt, * vtrùm debitor aliquando fuerit in judicio, & de stando in judicio promiserit, & tamen non stetit, quod tunc possit capi personaliter, *§. si verò. auth. de exhib. reis. L. consentaneum C. quomodo & quando*, si verò neque in judicio

fuit,

fuit,neque dictam cautionem præſtitit,non poſſe judicem eum capi facere, niſi priùs citaverit, poſſe tamẽ capere ad hoc,vt coram illo compareat,non vt eum carceret.Angel. *loc.cit.* Nicol. * Boër.*decis 349.num.8.* ad- 32.
mittit,ſi creditor inſtet,& petat debitorem intrudi,tunc factâ priùs excuſſione, ſi nolit bonis cedere,eum incarcerari poſſe,*& num. 7.*Benedict.de Capra *comm.opin lit.D.num. 4.*dicit: ſi debitor in judicio condemnatus intra tempus à jure præfixum non ſolvat, aut ante illud tempus factâ diſcuſſione omnium bonorum non ſolvendo reperiatur,tunc capi poterit,& incarcerari, & ita *poſt.gl.in l.3 §.penult. de ſuſpect.tut. & in L.1. C.qui bon.ced.poſſ.*dicit communiter quoque teneri.idem notat & refert Benedict.deCapra *reg.75.n.20.& 22.*Atque ita diverſimodè ſentiunt,qui opinionem affirmativam amplectuntur,& tuentur.Accedit prænominatis Doctoribus etiam Matthias Stephani *ad Novell.135.num.3.* vbi tradit in rep.populi DEI non deeſſe exempla,quibus obærati debitores & horum liberi in vincula conjecti à duris creditoribus fuerint, *Levit.25. Reg.4.c.4.Esdræ.l.2.c.5.Matt.5.v.25 26.c.18.* Verum quia non exemplis, ſed legibus, & quidem Romanis, judicandum, ideo iſta non multum attendenda.

33. Negativam * quod videlicet in causâ pecuniariâ, ſive pro debito civili debitor capi, vel incarcerari, non poſſit, tradit. Benedict. de Capra *commun. opin. lit. D. n. 4.* Gail. *1. obs. 26.* vbi pro ſe allegat *text. in L. nemo carcerem C. de exact. tribut. L. 10. & L. non eſt ſingulis ff. de R. I. L. ob æs alienum. C. de A. & O.* vide eundem Gail. *1. obs. 78. num. 2. item 1. obs. 17 num. 1. & 1. obs. 26. num. 2. & 10. 2. obſ. 44. num. 9. 2. de P. P. c. 2. num. 8. cum ſeqq.* Joan. Herm. Stã. *de ſerv. pers. lib. 1. c. 4. n. 29.* ubi hoc pro regula ponit, & ait quod creditor aſſerens debitorem ſuum incarcerandum eſſe, urgendus ſit, vt probet ſuo caſu debitoris incarcerationem licitam eſſe. Hanc etiam opinio-
34. nem comprobat conſuetudo * Galliæ, teſte Nicol. Boërio *decis. 349. num. 7. inf.* vbi nunquam quis pro debito civili incarceratur, niſi ad hoc expreſsè ſit obligatus, aut condemnatus. Licet autem Andr. Gail. negativam teneat pro indubitatâ, tamen ille ipſe hanc doctrinam ſuam

Limitat primò *1. obſ. 26. num. 1.* in debito
35. pecuniario * fiſcali non procedere, *per tex. in d. L. nemo carcerem.* Idem repetit *2. obſ. 64. num. 11.* Joan. Herm. Stam. *de ſervit. pers. lib. 1. c. 4. n. 28* quamvis textus id purè & ſimpliciter non dicat.

36, Limitat ſecundò, vt debitor * de fuga ſu-
ſpectus,

ſpectus, Judicis inprimis petitâ veniâ, vel ſi ejus præſentia ſtatim, & ſine periculo fugæ haberi non poſſit, etiam propriâ auctoritate per creditorem, vel alium ejus nomine, ex cauſa civili capi & carcerari poſſit, *per text.in L.ait Prætor.§ ſi debitorem ff.quæ in fraud.cred.vid.inf.quæſt.5.n.135. q.6.num. 14.q.7.num.52.* Gail.2.*obſ.44 num.1.* vbi tria requiſita ponit, idem 2.*obſ.64.* hoc quoque requirit, vt ſuſpectus ſit, & bona immobilia nulla poſſideat, Adde Benedict.de Capra. *loc.cit.* Reyger.*in theſau. v.captura n.22.*

Limitat tertiò, vt * ſtatuto quoque in de- 37.
bitis privatorum incarceratio recipi poſſit, vel conſuetudine; atque inprimis ſpectandum ſit, quid moribus cujuslibet civitatis receptum ſit, Idem Gail.*2.obſ.64.num.11.* vbi
rationem reddit * tolerabilia enim ſunt, 38.
quæ vetus conſuetudo comprobat.

Limitat quartò idem Gail.*2.obſ.65.num.3.*
* niſi debitor ſe ſponte ad carceres obligâ- 39.
rit, hujuſmodi namque obligationes valere
in cauſa civili, per rationem: quod * grave 40.
ſit fidem fallere, nihilque magis conveniat, quàm id præſtari, quod inter partes actum fuit, *L.1.ff.de pact. L.1.ff.de conſtit.pec. L.1.§. meritò inf.ff.depoſiti.* vide tamen Ripenſem, *ad L.obligatione 6 ff. de pignor.num.20.ad 30.* Joan.Herm.Stam. *de ſervit.pers.l.1.c.4.n.16.* Berlich.*p.2.concluſ.27.& 28.*

Idipsum, videlicet quod homo liber se
41. ad carceres obligare * possit, tradit Covarruv *L.2.c.1.variar.resolut.post.med.n.7* Guid. Papæ *decis. 61.n.1* & multis argumentis in vtramque partem allatis defendit Coler. *p. 1.c.6.n.11.cum seqq.præsertim num. 53.* tractat quoque Matth. Brun. *de ceß.bon.q.20.princip. n.3* vbi *n.4.* saltem admittit, in locis, vbi consuetudo viget, vel statutum, quod quis pro debito solvendo se ad suæ personæ carcerationem obliget, talem namque consuetudinem vel statutum valere, non tamen
42. per hoc prohiberi, quin * bonis cedere valeat, ne in carcerem detrudatur, *& n.5.* affirmativam simpliciter sequitur, contrarijsq; argumentis respondet. *confer notata inf.q.7. n.2.* Et dicit Coler. *n 54.* istis pactis de ingrediendo, carcerem obedientiarum, & non recedendo, donec satisfiat creditoribus, hodie nihil esse vsitatius.

43. Rationes * autem, propter quas negare solent, debitorem regulariter loquendo pro debito civili capi & incarcerari (imò etiam cessioni bonorum renunciare, & ad carcerem sese obligare *vid. decad.2.q.6.n.40.*) posse, sunt ferè istæ:

44. PRIMA, vt is, * qui non habet in ære, luat in corpore, id procedit tunc, quando quis est obstrictus ex maleficio, vel quasi. *vid. quæst.*

quæst.5.num. 90.sup.quæst. n.11.quæst.6. n.27. Nicol.Boër.*decis.349.n.10.*Mynf.§.*cum ea.n.13.inst.de act.*adeoque in criminalibus, cum pœna pecuniaria criminum damnatis impofita in corporalem convertitur, Hotoman.*q.26.vers.multò minùs.* Ergo non debet produci ad obligationes ex contractu, vel quafi; quia pœnę * vltra cafus expreffos non 45.
funt producendæ,*c.statutum 22. de elect.in 6.*

Secunda, carcer * pœnalium, carcer ho- 46.
minum noxiorum eft,*text.in.l.2.C.de exact. tribut.vid.sup.num.4.* Ergò in debitorum folutionibus nemo debet carcerem expavefcere *ibid.* & nemo dubitat, quod carcer fit mala manfio Angel. Aret. *ad §.f.num.1. inst.de action.*& magna fervitus, Gail.*1. obs. 133.n.9.*

Tertia, liberum * hominem ob æs alie- 47.
num fervire durum eft,*l.ob æs 12. cum Auth. seqq.*C *de O. & A.*cum * fervitus mortalita-
ti æquiparetur,*l.servitutem 209.ff.de R.I.*fer- 48.
vitutis autem inftar eft, detineri incarceratum, ita vt â loco deputato quis non poffit recedere, *per l. 2. ff. de lib. hom. exhib.vbi Bart.* fpecies enim, (inquit ibidem textus,)
* fervitutis eft, non dari alicui facultatem 49.
recedendi, Sichard. *ad l.12.num.4. C. de O. & A.*adde *l.qui neq; 48.l. vinculorum. 224.ff. de V.S.* Coler.*d.p.1. c. 6. num. 34. cum seqq.*

junge *text.in l.incredibile C.de pœnis.l.35.ff.eod.* quos allegat Dominus Besoldus *in thesau. pract. Verbo* Gefängnuß. *§ de Jure.* Reyger. *in thesau.v.carcer.num.61.* accedit Brun. *q.20.*
50. *pr.num.3.* vbi dicit: quamvis carcer * non sit servitus, est tamen species servitutis, (*intellige juxta declarationem inf.decad. 2. quæst.9. n.41.*) vnde idem Brun. *q. 11. quartæ quæst. princ n.35.* tradit: qui alterum ponit in carcere, privat ipsum libertate propriâ, quod non potest, *l.plerique ff.de in Ius vocando. l. Titio centum §.Caio.ff.de condit.& demonstr.* & qui
51. suâ libertate sic * spoliatus, ante omnia restituendus est, *d. l. plerique* Gail. *2.obs. 44. num.9.*

Ratio quarta: quia Jure civili contra de-
52. bitorem non est inchoandum * â captura, (aliàs agi posset injuriarum, Reyger. *in suo thesau.V.captura n.22.*) sed servandus ordo â Divo Pio *in l.15.§.in venditione 2.ff. de re judic.* prescriptus, Dn. Besoldus *in thesau. pract. v.* Schuldthurn. secundùm quem initium executionis fit à mobilibus & se moventibus, ab iisque ad immobilia, & illis non sufficientibus ad nomina debitorum pervenitur, & si nec inde etiam possit satisfieri creditori, recurritur demùm ad extremum remedium, puta detentionem personæ, Coler. *loc. sæpè cit. n.115.*

Quinta:

Quinta: carcer, * qui ad custodiam comparatus est, nunc esset loco pœnæ, Brun. *de ceß. bon. q. 20. pr. n. 3.* Coler. *n. 28.* 53.

Sexta: Creditor de * duritia (quæ â Jure reprobata, & contra bonos mores est,) meritò redarguitur *argt. l. servus eâ lege. ff. de serv. export.* quia nihil agit, nisi vt miserabilior efficiatur debitor, igitur non est audiendus, Coler. *num. 40. per. l. in fundo. cum simili ff. de rei vend.* Brun. *loc. cit.* vbi addit rationem 54.

Septimam: quia liberi * hominis caro & corium in commercium inclusionis carcerum, ad petitionem & creditoris voluntatem, per indirectum deduci videtur, contra *l. inter stipulantem §. sacram. §. de V. O* Coler. *num. 28.* Brun. *d. q. 20. pr. num. 3.* vbi jungit 55.

Octavam: quia hæc omnia votum * captandæ mortis illius debitoris inducunt, contra *l. f. C. de pact.* sive, vt loquitur Coler. *n. 28.* debitor quasi in periculum vitæ conjiceretur. 56.

Nonò: qui ita carceribus constringuntur, impediuntur vxorem, liberos, & familiam alere, & * abstrahuntur â multis aliis officio suo & statui convenientibus, de quibus videatur Coler. *loc. cit.* Plures rationes sequenti quæstione adducam, & meam o- 57.

pinionem ijsdem vel probabo, vel confirmabo. Responsiones autem ad hæc argumenta afferam *infra ead. quæst. 5. num. 52. & seq.* Interim non te pœniteat, Lector, fastidiosas Dd. discordias inspexisse, quantò enim ista, ad longum modò deducta, fuerunt obscuriora, tantò sequentia fient clariora & planiora; contraria etenim, vt Philosophi loquuntur, juxta se posita magis elucescunt.

QVÆSTIO V.

Vtrum de mente auctoris Debitores ob debitum civile possint incarcerari?

SVMMARIA.

1. *Distinctio auctoris in hac materia incarcerationis.*
2. *Distinctio inter debitores.*
3. *Distinctio carcerum.*
4. *Carceres ad custodiam comparati, & permissi.*
5. *Carceres pœnales qui?*
6. *Carceres definitio à Baldo tradita.*
7. *Carceres pœnitentiales qui?*
8. *Carceras tadiales qui?*
9. *Habentur in Germania super portis civitatum.*

10. No-

10. *Nobiles quomodo incarcerentur?*

11. *Carcer privatus & domesticus reg. prohibitus.*

12. *Nisi in casibus expressis.*

Incarceratio iis est permissa, quibus castigatio concessa.

13. *Distinctio inter modum carcerandi.*

INtelleximus varias variorum Doctorum hac in parte opiniones & sententias. Quid ergo in tanta varietate faciendum?

Mihi videtur * distinctio quædam adhibenda, primò inter debitores, deinde inter carceres, tertiò inter modum carcerandi. Ad debitores quod attinet, vel * illi sunt tales, de quibus verisimiliter constat, quod solvendo sint, & de quibus dubitatur, an ex contumacia tantùm solvere detrectent: vel 9.
sunt tales, de quibus notoriè constat, quòd solvendo non sint. Et hi posteriores sunt in 10.
duplici differentia; alij enim suâ culpâ desierunt solvendo esse, alij nullâ sui culpâ, sed fortunâ sic volente.

Inter * carceres etiam distinguendum est: alii namque comparati sunt ad * 11.
custodiam facinorosorum hominum, quibus talia maleficia imputantur, ob quæ pœna corporalis venit imponenda, adeoque qui tendunt ad faciendam tandem exe-

executionem adversus carceratum, Coler. *de proceß.exec.1.c.2.num.8.* Dn. Besoldus *in Thesau.pract.v.*Gefängnuß *14. §. aliquando carcer*, & hos solos de jure civili antiquo esse & fuisse permissos, vidimus supra *in prin. quæst.quartæ.n 5.*vbi detinentur tamdiu, donec de delicto cognoscatur, Joan. Herm. Stam.l.1.de serv.pers.c.4.num.15. Alii sunt * pœnales, sive comparati ad pœnam, qui etsi de Jure civili antiquo sint prohibiti *l.8. §.solent.8.ff.pœnis.* tamen ex consuetudine vbique fere locorum sunt recepti, de quibus dixi supra *quæst.4 n.6.*

Et his duobus carceribus competit potissimùm definitio tradita à Baldo *in tract. de carce.c.1.n 2.* vbi dicit: * carcerem esse lo-
6. cum publicum, securum, horribilem, quia plerumque subterraneus est, opacus, & omni luce carens, & hos nostro idjomate solemus vocare, die Diebs- oder Faulthürn. Alii carceres * sunt pœnitentiales, quos *quæst.4.*
7. *num.6.* dixi de jure canonico fuisse introductos *c.quamvis.extra. de pœnis. in 6.c.f.de hæret.* cum quis perpetuis carceribus mancipatur, mācerandus pane doloris & aquâ tristitiæ, *per c.forus.extra.de V.S.* Dn.Besold.*v.* Gefängnuß *14.in thesau.pract. §. talis.* Alij * denique dicuntur tædiales, germanicè die
8. Schuldthürn / oder Bürgerlicher Gehorsamb /

&

& talis de consuetudine est carcer debitorum, & nihil, vel saltem parùm cum omnib⁹ tribus suprà descriptis commune habet, quia nec subterraneus, nec opacus est, vt hominum noxiorum, neq; ad pœnam vel pœnitentiam tendit, sed eo tantùm fine imponitur, vt tædium & molestiam aliquam debitori injiciat, & assignatur illi pro custodia, donec solvat. Dn. Besold. *in thesau. pract.* v. Schuldthurn/ § *hicq; carcer.* Matth. Coler. *in tract. de process. exe. p. 1. c. 6. num. 7. cum seqq. idem n. 111. cum seqq.* & tales carceres dicit Paul. Matth. Wehner. *in observ. pract. v.* Gefängnuß/ esse locos obedientiarum, custodiam hominum civilium continentem, ex quibus tamen detenti egredi non possunt. Coler. *loc. cit. n. 111.* Wehner. *loc. cit §. debet.*
quales in *Germaniæ civitatibus solent esse 9.
super portis, & locis eminentioribus, in quibus aër & lumen haberi potest, & solet * 10.
Nobilioribus ac dignioribus personis aliquando totum palatium, vel tota civitas pro carcere assignari, id. Wehner. *ibid. §. carceratus & § debet.* Gail. *de pignorat. obs 9. n. 4.*
Coler. *loc. cit. n. 111.* Alia * carcerum divisio 11.
est, quod alius sit privatus sive domesticus, alius verò publicus. Domesticus regulariter est prohibitus *tt. C. de privat. carcer. (sub pœna tradita inf. q. 5. num. 143.)* nisi in casibus à ju-

â jure expreſſis * *vt eſt in l. Divus ff. de offici. præſid.* Dn. Beſold *theſau. pract. v.* Gefängnuß. §. *aliquando eſt domeſticus.* Plures caſus vide apud Boër. *decis. 275.* quales putant eſſe, quando pater incarcerat filium, maritus vxorem, Dominus ſervum, Abbas monachũ, conſanguineus conſanguineos &c. Farinac. *de carcer. q. 27. n. 25. cum ſeqq.* nam quibus caſtigatio cõceſſa, iis & incarceratio permiſſa eſt, vid. Schneid. *pr. inſt. de action. num. 16.* & Wurmſer *lib. 1. obſerv. tit. 47. ab 21.* vbi tamẽ negat maritum ſuam uxorem incarcerare poſſe.

In modo * carcerandi eſt etiam aliquod diſcrimen, nam vel creditor vult propriâ auctoritate manus in reum injicere, & apprehenſum deinceps publicis carceribus magiſtratûs commendare; vel vult tantùm adire judicem & petere, vt eum per officiales & familiam ſuam capi, & carceribus conſtringi tamdiu curet, donec ipſi ſatisfiat, Coler. *loc. cit. n. 11.*

CONCLVSIO PRIMA.

14. Debitores moroſos, qui veriſimiliter ſolvere poſſunt, mittere licet in carcerẽ tædialem, non verò in pœnalem. n. 5.

16. Car-

16. *Carcer pœnalis est mala mansio, sordida, & infamis, 17. Species tormenti, 18. & servitutis 19.*

20. *Per Carcerationem quare corpus dicatur affligi?*

21. *Carcer sepultura vivorum.*

22. *Carcer pœnalis à Constant. Imp. in causa civili prohibitus.*

23. *Peckii & Coleri opinio.*

24. *Ad Carceres sese obligans non potest mitti in carcerem pœnalem.*

25. *Carcer pœnalis neq; in debitis privatis, neq; fiscalibus habet locum. Fisci causa nunquam mala, nisi sub Principe bono.*

26. *Pœna non est sine delicto.*

27. *Mora culpæ species est.*

28. *Ob moram & contumaciam debitor morosus ad carcerem tædialem mittendus, qui vulgò vocatur* Bürgerlicher Gehorsamb. *textus ad hoc. n. 29. auctoritates 30.*

32. *Etiam in debitis privatis, dummodò sit contumax 31.*

33. *Consuetudo optima legum interpres.*

34. *Consuetudo de incarcerando debitore moroso valet.*

35. *Quod pacto fieri potest, potest etiam fieri consuetudine vel statuto.*

36. *Statuta sunt pacta, & decreta publica.*

37. *Pacta*

37. *Pacta valent, vt debitor post moram carcerari posit.*
38. *Multò magis lex consuetudine roborata.*
39. *DD. qui negant aliquem pacto se obligare posse ad carcerem remißivè.*
40. *Obstagia sunt species carceris.*
41. *Obstagia valent de Jure can: & ex constitutionibus Imperii antiquis, non verò novis.*
42. *Abusus in debitorum incarceratione cavendus, & per Superiorem emendandus.*
43. *Gravati debitores per incarcerationem quanam remedia habeant.*
44. *Arresta sunt permissa propter debitum civile.*
45. *Carceris tædialis causa finalis, & 52. & 65.*
46. *Carcer est modus exigendæ obedientiæ, & de modis alijs remißivè.*
47. *Filiusf. an ob debitum civile incarcerari poßit, &*
48. *An mulier?*
49. *Carcerandus ob debitum civile, an poßit ex domo sua extrahi?*
50. *Debitor diebus feriatis non potest carcerari, nisi sit suspectus de fuga.*
51. *Ob debitum civile nemo potest mitti in carcerem ludicrum, quem vocamus* das Narrenhäußlein.

53. Car-

53. *Carcer tædialis non est pœnalium, & hominum noxiorum.*

54. *Incarceratio non est servitus, sed species sive similitudo servitutis, si sit perpetua.*

55. *Liber homo non potest detineri pignoris loco, sed ita ut solvat.*

56. *Libertate spoliatus, quando sit restituendus?*

57. *Carcerationem multa præcedere debent.*

58. *Creditor in dubio censetur quærere, quod sibi expedit.*

59. *Carcer tædialis non est afflictivus corporis.*

60 *Debitores non debent poni in carcere obscuro & tetro, neque subterraneo.*

61. *Nudo nihil detrahi potest.*

PRo varietate singularum istarum circumstantiarum variæ etiam conclusiones sunt constituendæ.

CONCLUSIO PRIMA: si * Debitores isti sunt in mora solvendi, de quibus vel dubitatur, an possint, vel de quibus verisimile est, quod possint satisfacere, tunc licet eos immittere in carcerem, non quidem pœnalem, sed tædialem, per tradita Oldendorpij c *ass.1.act.12.in def. rei num.2. §.postremò.* vbi dicit sic intelligendam esse. *L.1.C qui bon.ced.poss. L.ob æs C.de A. & O. vide not.decad.2,q.8.n.21.* 14

15. Ratio cur non possint mitti in * pœnale est ista: quia carcer ille planè est loco pœnæ corporalis: apud omnes enim in confesso est, qud * carcer sit mala mansio *L. si ho-*
16. *minem 7. in pr. ff. deposit. L. item apud 15 §. quæ-*
17. *stionis 30. ff. de injur.* * sordida & infamis,
18. Gail. 1. *obs. 26. num. f.* imò * species tormenti, Rosbach. *prax. crim. tit. 1. c. 14. num. 8. idem*
19. *tit. 5. c. 25. num. 7. inf.* & species * servitutis,
20. Gail. 1. *obs. 133. num. 9.* * propter squalorem, frigus, tenebras, inediam, solitudinem, & diuturnitatem, & quia spoliat carceratum liberâ potestate fruendi communis aëris, & cœli libertate, in qua natus est, Coler. *loc. cit. num. 38.* ac propterea per carcerationem corpus dicitur affligi, vel supplicium corpori inferri, *Nov. 135.* Farinac. *in tract. de carcer.*
21. *quæst. 27. num. 2.* vbi ait: quod carcer * sit sepultura vivorum, consummatio bonorum, consolatio inimicorum, & experien-
22. tia amicorum. Et de hoc carcere * loquitur Imperator Constantinus *in L. 2. C. de exact. trib.* quod eum debitores in solutionibus expavescere non debeant, eò quod sit pœnalium & hominum noxiorum. Idipsum
23. tradit * Petrus Peckius *de jur. sist. c. 5. num. 15.* vbi dicit: debitorem ex causa civili per magistratum capi non posse, neq; incarcerari, si carcer horridus vel ruinosus esset, ex quo peri-

periculum ſanitatis vel vitæ immineret. Concordat Joan. Herm. Stam. *l.1. de ſerv. pers.l.1.c.4.num.15.* Coler. *num.111.* vbi ait: etiam tunc, cum quis pacto ſe * obligavit 24.
ad carceres, non tamen poſſe includi carceribus ſubterraneis & tenebricoſis, qui non magis hominibus, quàm beſtiis, & vermibus ſunt communes, luciſque privationem, atque adeò torturæ ſpeciem inferunt, ſicut neque de tali incarceratione intelligendum eſt, quæ fit cum injectione vinculorum & compedum.

AMPLIATUR autem hæc doctrina, de carcere pœnali tradita, vt procedat tam in debitis privatis, quàm in debitis * fiſcalibus 25.
pecuniariis *d.L.2.C.de exact.trib.* Neque audiendus Hotomannus *q.26.* qui putat legem illam eſſe novam Imp. Conſtantini ſanctionem, de ſuis tributis & fiſco, cujus nunquam cauſa mala ſit, niſi ſub bono Principe. Quia planè abſonum eſt dicere vel audire, rigoroſius procedendum eſſe in exactionibus privatorum, quam publicorum tributorum cum publica aliàs ſemper privatis ſint, & eſſe debeant, potiora, *auth. res quæ C.commun.de legat.* Atq; iſta ampliatio confirmatur inde; quia * pœna (præſertim tam gravis) nō debet eſſe ſine delicto gravi, 26.

argt. L. aliud est fraus 131. in pr. ff. d. V. S. atqui is qui in mora solvendi est, non multum vel saltem non ita graviter delinquit, Ergo, &c.

27. Nihilominùs quia * mora culpæ species est. *argt. L si servum, vbi DD. §. & passim de*
28. *V.O.* & facilè aliqua contumacia * cum ea concurrere potest, ideò non malè facit judex, si saltem ad tempus morosum illum debitorem ad carcerem tædialem mittat, quem alio nomine carcerem obedientialē, vel civilem coërcitionem, vulgò Burgerli-
29. chen Gehorsamb nominamus, *per * text. in d. L. 2. C de exact. trib.* vbi dicit Imperator Constant: certè si quis tam alienus ab humano sensu est, vt hac indulgentiâ ad contumaciam abutatur, contineatur apertâ & liberâ in vsum hominum institutâ custo-
30. diâ, Brun. * *de cess. bon. q. 3. princ. num. 2.* Coler. *loc. cit. n. 111.* Wehner. *in observat. pract. V.* Bürgerlicher Gehorsamb. Joan. Herm. Stam. *de servit. pers. lib. 1. c. 4. num. 15.* Sichard. *ad L. 12. num. 4. C. de O. & A.* quod ipsum tradit Oldendorp. *class. 1. act. 12. in defens. Rei. §. expeditum.* vbi ait: verum est, quod anteàquàm constet, vtrum bona habeant, an non habeant, possunt duci in jus, & custodiri; ad hoc adducitur etiam *text. in L. consentaneū. ibi. ad cogendum eum, vt se repræsentet 8. C.* quo-

quomodo vel quando. qui licet in terminis hoc non dicat, tamen à DD. ad hoc allegatur. Sic Brun.*quæst.3. quartâ quæstione prin. num.14.* docet, * carcerationem tunc fieri 31.
posse, cum quis est contumax, ita vt contumaciter solvere cesset, & sic requiritur, quod contumacia præcedat, idque *per text.in d. L.nemo 2. & L.consentaneum C. quomodo & quando.* Octavian.Cacheran.*in decis. Pedemont.123.num.* 4.vid.sup.*quæst.4.n.24. & 30.* item inf.*q.5.n.63.* Secus atque Gailium distinguere vidimus suprà quæstione præcedente. Et hoc, quod de carcere tædiali dictum, procedere puto, non tantùm in debito fiscali, verùm etiam * privato. Ita me- 32.
cum sentit Dn.Besold. *in thesau. pract. V.* Schuldthurn.

Idq; comprobat & confirmat consuetudo, * quæ optima legum interpres est, *L.* 33.
si de interpret.37.ff.de LL.c.cum dilectus 8. Extra.de consuet. videmus enim quotidiè debitores morosos carceribus mancipari, donec solvant, vel idoneè de futura solutione caveant, Gail.*l.2.de pac.pub.c.2 n.8.* vid.inf.*q.7. n.21.* aut bonis cedant.vid. Stam. *d.c.4.l.1.n. 13.& 14.*

Quod autem talis consuetudo * valeat, 34.
imò etiam lex vel statutum, id facilè cõstare potest inde: quia quod * pacto fieri potest, 35.

potest etiam fieri statuto vel consuetudine, eò quod sint * pacta decretaque publica; per
36. *L.1.& L.32.ff.de LL.* Wesenb. *in parat. num. f.C.de Iurej.propter calumn.* Cardi. Tusch. *lit. C.conc.807. cum seq.* Gail. *2. obs. 78. n. 4.* atqui
37. pacta * valent, vt debitor post moram carcerari possit, Gail. *2. de pac. pub. c. 2. n. 7. idem 2. obs. 65. n. 3.* Marant. *p. 6. decit. n. 11.* præsertim si quis jurauit. Nicol. Boër. *decis. 349. n. 7.* adde. Pet. Peckium *de Iur. sist. c. 5. n. 15.* Joan: Herman: *Stam l. 1. de servit person: c. 4. n. 13. vbi plures pro hac sentẽtia allegat*, Col. *p. 1. c. 6.* vbi *per tot: maximè n. 45. cum seqq.* multis rationibus in vtramque partem allatis disputat, & auctoritatibus confirmat *n. 101.* (*vide tamẽ limit. 1. n. 59. & n. 37.*) Ergò etiã statuto vel consuetudine, Brun. *de ceß. bon. q. 1. princ. n. 3.* vbi dicit: statutum valere, consequenter etiam legẽ, quia carcerari aliquem pro debito per magistratum non est actus illicitus, sed â jure permissus *per L. 1. C. qui bon. ced. poss. L. 2. C. de exact. trib.* vbi debitor contumax carcerari potest, Gail. *2. de PP. c. 2. num. 8.* Pet. Peck. *de jur. sist. loc. cit. num. 15.* vbi inferunt, propterea in pactum deduci posse. Et huic assertioni plurium nationum consuetudo subscribit, Zas. *lib. 2. sing. c. 8.* Er-
38. gò adhuc magis * valebit talis incarceratio, si lex consuetudine roboretur. Id quod

quod oſtenditur à ſimili: multi non improbabiliter dubitant, imò omninò * negant, debitorem ſe poſſe obligare ad carceres, 39.
quemadmodum eos ordine recenſet Matth. Coler. *de proceſſ. exe. p. 1. c. 6. num. 21.* & Joan. Herm. Stam. *de ſervit. pers. lib. 1. c. 4. n. 13.* eò quod talis obligatio & pactio ſit libertati inimica: Menoch. *de arbit. jud. quæſt. cent. 2. caſ. 183. num. 10.* & tamen concedunt, valere pactum tale in eventum moræ, ſi roboretur conſuetudine, *id. ibid. num. 22.* tunc enim non tam ex vi pacti, quàm ex ipſa conſuetudine carcerationem ſuſtineri, Covar. *variar. reſolut. l. 2. c. 1. num. 7. V. ſecundum hoc ipſum.* Ergò multò magis ſuſtineri debet lex vel ſtatutum diuturno vſu comprobatum.

CONFIRMATUR ſecundò: quia * obſta- 40.
gia ſunt ſpecies carceris *per text. in L. ſuccurritur. §. f. cum L. ſeqq. ff. ex quib. cau. major. & L. nec non. § item ſi quis ff. eod.* Gail. *2. obſ. 65. num. 1.* cum ſint obligatio perſonæ ad certum locum, *id. de PP. c. 2. num. 5.* ex quo non licet movere pedem, donec ſatisfaciat Creditori, Col. *p. 1. c. 6. n. 78.* atqui obſtagia
* de jure canonico in cauſa civili valent, & 41.
in Camera multis præjudiciis confirmata ſunt, idem Gail. *d. obſ. 65. num. 2. & d. c. 2. n. 6.* vbi dicit, etiam ex conſtitutionibus Imperii

ſemper fuiſſe permiſſa, donec propter abuſum & ſcandala publica, noviſſimâ lege imperii tollerentur, de Anno 77 *ſub.tit.17.* Ergò multò magis debet valere incarceratio â magiſtratu facta, qui bene cavere poteſt abuſus & ſcandala; ſi autem abuſus * fieret,
42. ſi debitores nimis durè haberentur, tunc haud dubiè ſuperior adiri, & remedium ab ipſo peti poſſet. Et hoc modo intelligendus eſt Gail. ſuprà pro negativa opinione adductus, vt ſcilicet ab ipſo in locis citatis tradita vera ſint de carcere vel pœnali, vel tædiali nimis diù prolongato, & ſervandis non
43. ſervatis, de quibus *infra.q.6.* quo in caſu * gravat' debitor appellare â tali duritie poſſet, Coler. *n.113.* Wehner. *in obſ.pract.* *v.* Geſängnuß §. *debet.* vel injuriarum agere *id.ibid.* poſt Weſenb. *conſ.96.n.16.* non obſtantibus literis ſecuritatis, vulgò Vhrfrieden Joan. Herm. Stam. *de ſervit.pers.lib 1 c 4 n 17.* Hinc carcerati petere ſolent commiſſionem ocularem pro inſpiciendo & mitigando carcere, Wehner. *loc.cit.* & ſubditi contra ſuum principem poſſunt petere relaxationem in Camera, ſi injuſtè carcerati ſint, *id. ibid.* § *ſubditi.*

44. CONFIRMATUR tertiò: carceres iſti tædiales non multum differunt ab * arreſto: atqui valet ſtatutum, quod quis pro debito civili

per

per modum arresti capiatur, qualia statuta sunt passim in Germania in vsu frequenti, Gail. *2.obs.65.n.5.id 2.de PP.c.2.n.9.* ad eum potissimùm effectum, vt creditorem securum reddant debitores datis pignoribus, vel fidejussoribus *id.obs.64.n.10.* Ergò debet etiam valere lex & consuetudo, vt debitor incarceretur.

CONFIRMATUR quartò: quia hæc * incarceratio non est ordinata ad pœnam, sed tantùm ad tædium, & debitores in proposito non asservantur ad pœnam aliquam, sed tantùm ad eum finem, vt satisfaciant promissis, eo enim ipso, quo illi liberabunt suã fidem, liberabuntur vicissim ex sua custodia, Coler.*n.82.* Et hoc ipso, quia hærent in carcere, ideò magis erunt solliciti de satisfactione ad hoc, vt revertantur ad pristinam libertatem, Coler.*n.92.* vid, inf.*n.65.* 45.

CONFIRMATUR quintò: in qualibet etiam civili causa potest judex reum contumacem * vel inobedientem ad carcerem mittere, & alios modos obedientiæ exigendæ adhibere, de quibus Wesenb.*in f.tit.ff.si quis jus dicenti non obtemp.& in fine tit.ff. de Edendo.id.num.8. C. eod.* Gail.*1.obs.17.n.8.* Schneid. *in pr.num.2.instit.de excusat.* quare ergò non etiam in exactione debiti? Coler.*num. 81.* Id quod maximè verum est in casu, de quo 46.

Angel. Aretin. *ad §. fin. num. 2. inst. de act.* agit dicens, debitorem pro nimia contumacia posse poni in carcerem, si nolit sua bona indicare, quæ forsàn abscondit, nam talis contumacia dolo æquiparatur, *L. si plures ff. de admin. tut. vid. inf. decad. 2. q. 2. num. 83. & hac quæst. num. 65.* Atque hoc, quod de carcere tædiali, & de debitore contumace incarcerando dictum est

47. AMPLIATUR primò: vt etiam * filiusf. carcerari possit, si bonis non cedat, Brun. *de cess. bon. q. 4. prin. num. 4. (vid. quæst. 7. num. 1.)* ad quod videtur satis clarus esse *textus in L. penult. C qui bon. ced. poss.* quamvis velit Wesenb. *num. 3. inf. ff. quod cum eo.* beneficium competentiæ, quod habet filiusf. vt in contractibus in id tantum teneatur, in quantum facere potest. *L. 2. ff. eod.* ei prodesse ad evitandam carceris molestiam bonorumvè cessionem. *confer quæst. 7. num. 82. decad. 2. quæst. 8. num. 82. dec. 2. q. 1. n. 123. cum seqq.* Declaratio petatur ex decad. *3. q. 1. n. 89. & seqq.*

48. AMPLIATUR secundò: vt etiam * mulier, nisi bonis cedat, in carcerem detrudi possit, *L. pen. C. qui bon. ced.* ibi: vtriusque sexus, Brun. *de cessione bon. quæst. 1. quartæ quæst. princ. num. 1.* saltem de jure Codicis, non autem de Jure hodierno, vt videbimus infra

fra *quæst.7.num.55.cum seqq.* Coler. *p.2.c.3. num.199.*

Et quamvis aliqui limitent primò: ita aliquem incarcerari posse, non tamen vt extrahatur * è domo sua, eò quod domus sua 49. vnicuique tutissimum debeat esse refugium, *per L.pleriq; ff.de in jus voc.* tamen Farinac.*q.27.de carcer.&carcerat.n.91.*dicit,illud de facto nõ servari,quia quotidie pro quocunq; debito, pro quo persona capi potest, capi etiam solet in domo sua,itaq; potius

LIMITA secundò: vt pro debito civili* nõ 50. possit debitor capi,aut carcerari diebus feriatis,*per L.f.C.de Feriis.* Farinac.*loc.cit.n.106.* vbi *n.107.* sublimitat: nisi sint suspecti de fuga,Gail.1.*obs.44.n.3.*

LIMITA tertiò: vt etiam pro debito * civili non possit,nec debeat aliquis de facili im- 51. mitti in carcerem illum ludicrum,nostro idiomate Narrenhäußlein vocatum, quem subire coguntur pueri,aliique, qui ludibrio ob excessus suos publicè exponuntur, nam &hic viro honesto magis pœnalis,quàm tędiosus foret.

Restat vt diluã argumenta suprà *q.4.n.44. cum seq.*pro negativâ allata.Ad primũ itaq; Respondeo:*carcerem illum tædialẽ nõ ha- 52. beri ob id,vt debitor in illo luat, & sic debitũ extinguatur luitione: sed vt tędio affect⁹

de

de mediis ſolutionis cogitet, quod dum fiat, ſemper adhuc obligatus remanet.

Ad alterum * ℞. quod carcerem pœ-
53. nalem debitor moroſus non debeat expaveſcere, is enim hominem noxiorum eſt, (inter quos quid impedit numerare eum, qui ſtudio ſua bona diſſipavit, cum non abſimilis ſit furi, *vid decad.2.q.8.n.38 hac quæſt. n.99.& inf.q.9.n.15.*) tædialem autem ad tempus ſaltem ſubire.

Ad tertium ℞. propriè loquendo * in-
54. carcerationem non eſſe ſervitutem, quia per eam aliquis non fit perpetuum mancipium ejus, cui debet, Coler. *n.89.* ſed habere ſpeciem, i.e. aliquam ſimilitudinem, præſertim ſi ſit perpetua, de qua nos hoc loco non agimus.

55. Aliter reſpondet ipſe Gail. *de PP.c.2.n.7.** eàtenus quidem detentionem liberi hominis non valere, vt jus in eo conſtituatur tanquam in pignore, vid. Stam. *loc.cit.n.13.* detineri autem poſſe, vt fiat, quod conventum eſt, & carceratum debitorem non effici ſervum alterius, cum ſolvendo, vel bonis cedendo liberetur *id: 2.obſ.45.num.4.* vid. inf.
56. *q.7.num.1.* Et quod de ſpoliatione * libertatis & reſtitutione dicitur, id tunc tantùm obtinere, quando contra aliquem, citra ordinem Juris proceditur violenter, dolosè,
de

de facto,& extrajudicialiter, secus si judicialiter,& cum causæ cognitione, Gail.*2.obs.76.n.5.vide etiam Coler.n.82.& 89.*

Ad quartum Respondebitur infrà *q.6.seqq.* vbi intelligemus * multa requiri, & 57.
præcedere debere, antequam fiat incarceratio.

Ad quintum Responsum est in confirmatione quarta, supra *n.45.*& inf.*n.65.*

Ad sextum ℟. hoc bene procedere in illo,qui notoriè non est solvendo,sicut in sequenti conclusione dicetur,non verò in eo, de quo dubitatur, vel verisimiliter cogitatur,quod solvendo sit,tunc enim justè petitur incarceratio ad hoc, vt experimentum
fiat; & in dubio * creditor hoc ipsum & ni- 58.
hil aliud censetur quærere, quàm quod ipsi maximè prodest, & confert ad citius recipiendum suum,per notata Coleri *n.92.*

Ad septimum & octavum ℟.neg.simpliciter,si de tædiali carcere & liberâ custodiâ sermo sit, vbi nulli compedes vel vincula
adhibentur,quia * carcer iste nō est afflicti- 59.
vus membrorum corporis, sed est quidam modus, per quem devenitur ad exolutionē debiti,adhibitâ tamen quâdam moderatione & misericordiâ. vid. *inf.q.8.n.14.*

Ad octavum ℟.debitorem * non debe- 60.
re teneri, aut poni in carcere obscuro & te-

tro,

tro, ſed claro & luminato, & vtique prohibendos ſubterraneos carceres, ac caveas, in quibus pauperes carcerati humiditate & frigore confecti infirmitates attingunt, ac vitæ periculum ſubeunt. Farinac. *de carce. & carcerat. num. 97. q. 27.* vbi ait: nec captos ob maleficiũ ſic debere carcerari, nec in compedibus aut ferris regulariter haberi *n. 98 cum ſeqq.*

61. Ad nonum Reſpondet Coler. *num. 99.* hujus non haberi * reſpectum, eò quod is, qui nudus eſt, & ipſemet nihil habet, nihil dare, & eidem detrahi nihil poſſit; cui addo, ſi hoc in conſiderationem venire deberet, nunquam etiam in criminalibus incarceratio vel vltimum ſupplicium locum haberet.

Atq; hæc de primâ concluſione ſatis.

CONCLUSIO SECUNDA.

62. Debitor calamitoſus notoriè non ſolvendo exiſtens in nullum carcerem poni poteſt. Caſus repentini digni ſunt, quibus releventur debita.

63. Contumacia debet præcedere carcerem tadialem.

64. Minor, quia in vera contumacia non poteſt conſtitui, ideò nec incarcerari ſecundum aliquos.

65. Car-

65. *Carceris tædialis causa finalis.*
66. *Non entis nullæ sunt qualitates.*
67. *Privatio præsupponit habitum.*
68. *Quod alicui prodest, & nemini nocet, facilè concedendum.*
69. *Audiendus non est, qui nihil aliud petit, quàm nocere alteri.*
70. *Carceratus vivit propriis sumptibus, si quos habet.*
71. *Carceratus non potest victum quærere, sed extra carcerem positus.*
72. *Carceris incommoditates.*
73. *Carceratio debitoris nocet etiam creditori.*
74. *Debitor inops si incarceratur, expensis creditoris alendus.*
75. *Creditore eum alere nolente, è carcere debitor dimittitur. quemadmodum ex arresto.*
76. *Etiam si se obligasset ad carceres.*
77. *Debitor inops missionem petere, & injuriarum contra creditorem agere potest, si incarceratum non alit.*
78. *Creditores quare non debeant petere incarcerationem debitoris?*
79. *De duritia redargui potest, qui nihil aliud quærit, quàm afflictum magis affligere.*
80. *Afflicto non est addenda afflictio.*

81. Cru-

81. *Crudele videtur Mynsingero, incarcerare eum, qui nulla sui culpa non solvendo efficitur.*
82. *Non cupiditatibus, sed iustis affectionibus indulgendum.*
83. *Malitiis hominum occurrendum.*
84. *Inopem nota paupertatis evidenter excusat.*
85. *Inanis est actio, quam inopia debitoris excludit.*
86. *Impossibilium nulla est obligatio.*
87. *Inopes excusantur à muneribus publicis.*
88. *Inopem vsurarium etiam paupertas à restitutione excusat.*
89. *Vsurarius semper in mora dicitur.*
90. *Debitor ex causa civili, si non habet in ære, non luit in corpore.*
91. *Inopes debitores præstant cautionem iuratoriam de solvendo, cum venerint ad pinguiorem fortunam.*
92. *Paupertas non præstat excusationem, nisi donec quis locupletetur.*
93. *Rigorosus debitor, rigorem quoque experiri debet & n. 95.*
94. *Quod quisque juris in alium statuerit, eodem ipse uti debet.*
96. *Processus Evangelicus adversus debitores.*

CON-



ONCLUSIO secunda: si debitor * notoriè non est solvendo, & quidem fortunâ adversâ sic volente, non potest nec debet mitti in carcerem, non tantùm pœnalem, sed ne tędialé quidem. (casus enim repentini, vis major, incursus hostium, & cætera fortuita digna sunt, quibus releventur debita, Greg. Tholos. *in syntagm. p. 3. l. 22. c. 9. n. 19.* Ratio prima est ista: quia Imperator Constantinus *in L. 2. C. de exact. trib.* ad hoc, vt aliquis in libera custodia ponatur, requirit aliquam * contumaciâ, vid. *sup. q. 4. n. 24. & 30. q. 5. n. 31.* atqui quod talis aliquis non solvat, non in causa est contumacia, sed obstat impotentia. Ita quoque argumentatur Brun. *de cess. bon. q. 3. quæst. quartæ prin. n. 14.* vbi probat pupillum carcerari non posse, quia carceratio fieri nõ debet, nisi cum quis est contumax in non solvendo, & sic requiritur, quod contumacia & quidem propria ipsius carcerati præcedat, *d. L. 2. & expressiùs probatur in L. consentaneum. C. quomodo & quando.* Minor autem in vera * contumacia constitui nõ potest. *Idem ibid. n. 17.* vid. *quæst. 7. n. 30. & 31.* cum ipse defendere non possit, *L. contra pupillum ff. de re judic. L. si minor ff. de bon. auct. jud. possid.* 62. 63. 64.

Ratio secunda: quia * carcer tædialis 65.

ideò habetur, vt debitor tædio affectus bona sua ostendat, vel illis cedat, vel de remediis solvendi pro sua liberatione cogitet, vti vidimus *supra n. 45. 46. & num. 52.* vid. *decad. 2. q. 2. n. 83.* atqui is, qui notoriè non est solvendo, bona quæ non habet, neque ostendere, neque illis cedere vid. *decad. 2. n. 83. cum seqq.* (quia * non entis nullæ sunt quali-
66. tates, *arg. L. 2. ff. de usuf.* Wesenb. *n. 6. ff. de probat.* Jason. §. *fuerat. n. 116. inst. de action.* &
67. privatio * præsupponit habitum, *L. decem. 116. ff. de V. O. L. non potest. 208. ff. de R. I.* (neq; de remediis solvendi cogitare potest, quia nemo facilè pro ipso fidejubebit, E. &c. vid. *decad. 2. q. 9. n. 139.*

Ratio tertia: & si tunc, cum petitur id,
68. quod * alicui prodest, & nemini nocet, facilè sit concedendum, *L. 9. ff. de impens. in res dot. fact. argt. L. 2. §. 1. §. item Varus 5. ff. de aq. pluu. arc. L. rescripta. 7. C. de precib. Imp. off. L. in creditore. 38. ff. de Evict.* tamen * audiendus
69. vel mos gerendus ei non est, qui nihil aliud facit, quàm vt noceat alteri contra naturalẽ æquitatem, sibi autem non prodest, Coler. *de process. execut. p. 1. c. 6. n. 40:* atqui si creditor petit debitorem non solvendo existentẽ incarcerari, ipsi debitori plurimùm nocet, nam prętèr molestiam ac tædiũ, quod sentit ex eo, dum vni semper loco affixus hærere debet

debet, insuper * hoc habet, quod vivere de- 70.
beat (& quidem propriis sumptibus, si ali-
quid adhuc ei superest, Coler. *loc. sup. sæp. cit. n. 40. & n. 105.* vid. inf. *decad. 1. q. 6. n. 43. & q. 8. n 35.*) & tamen nihil * lucrari, & operis suis
acquirere possit, (nam quomodo rusticus v. 71.
g. in carcere positus arare, faber fabricari,
textor telam texere, pistor panem pinsere,
cerevisiarius cerevisiam in carcere positus
braxare potest? & quamvis sartor sarcire, su-
tor calceos suere possit, tamen quotusquis-
que est, qui ad eum in locis abditis & talibus
angustiis detentum accedit?) cum è contra-
rio extra carcerem positus faciendo operas
quotidie aliquid possit lucrari, & ita ad pin-
guiorem fortunam pervenire, quod ipsi in
carcere denegatur, Coler. *loc. cit. n. 40.* vbi *n.*
41. adhuc alias * incommoditates recenset, 72.
videlicet, quod abstrahatur à rebus divinis.
Licet autem non impediatur orare, & alias
devotiones exercere, tamen non potest au-
dire sacrum, conciones, accedere templa,
comitari funera, venerabile sacramentũ,
& alia pia munia obire. Atq; hoc, quod non
modò per carceratione͂ non satisfiat debito,
sed debitori multũ vt sic noceatur, pulchrè
demõstrat Greg. Thol. *synt. p. 3. l. 22. c. 15. n. 3.* &
tenet Brun. *q. 3. quart. q. princ. n. 18* vbi ostẽdit
carceratione͂ multipliciter esse damnosam.
Idem tradit Ang. Aret. *ad §. f. n. 2. inst. de act.*

73. Præterea nocet * creditor sibimetipsi, tantùm abest, vt sibi commodet per incarcerationem sui debitoris, id quod bene agnovit Tholosan. *loc. cit.* & Jas. §. *itẽ si quis in fraudẽ. n. 92. inst. de act.* vbi ait: quid vtilitatis afferat intrusio in carcerem, se non videre,
74. quando nudus * debitor creditorum expensis alendus est, juxta gl. *in L. f. V. agnoscere C. de erog. mil. ann. l. 12.* Stracca *in tract. suo de mercat. 7. p. princip. p. 3. num. 10.* Guido Papæ *decis. Gratianop. q. 211. num. 2.* Joan. Herm. Stã. *lib. 1. de servit. pers. c. 4. num. 27. vbi vide quædam notatu digna,* Joan. Faber. §. *f. num. 6. inst. de action,* ubi amplius docet, quando aliquis fecit aliquem detrudi propter debitum, & ille non habet vnde vivat, alet eum, qui fe-
75. cit eum detineri, & si nolit alere, * judex bene faciet, si permittat ipsum abire. Idem tradit Joan. de Platea *ibid. n. 12.* Matth. Brun. *in tract. de ceß. bon. q. 6. princip. num. 8.* Bald. *in tract. de carcer. c. 2. num. f.* Boër. *decis. 103 num. 1.* vid. inf. *q. 8. num. 35. & q. 6. num. 43.* Hac de càusâ cùm me Rectore cives Ingolstadienses peterent studiosum quendam arrestari, victum tamen præstare nollent, eum creditoribus frustra reclamantibus dimisi. Ulterius hoc extendit Coler. *loc. cit. n. 123. & 103.*
76. vbi docet etiam in eo casu, quo quis * se obligavit ad carceres, tamen si est extremæ men-

mendicitatis & famis, & quando non habet vnde se alat, nec victum & alia necessaria accipiat â creditore, quod tunc judex impunè possit debitorem relaxare, etiam invito creditore, ne fame contabescat in carceribus, & *n.107.* pergit: si non provideatur per creditorem de lectis, alimentis, aliisvè necessitatibus ipsi capto, posse * reum vel a- 77.
ctione injuriarum adversus detinentem agere, *per L.si victum 24.ff.de re judicata.* vel à judice petere dimissionem; monet propterea creditores, vt sint cauti, ne statim * 78.
in eventum moræ prosiliant cum debitoribus ad carceres, sed adhibeant omnia possibilia remedia, si quo pacto per stipulationem fidejussoriam, vel alio modo suum recipere valeant, cum & commentariensibus in casu inopiæ obligati de suo satisfacere, & carceratum, vt dictum, suis sumptibus exhibere cogantur. confer notata *decad. 2.q. 10.n.51.cum seqq.*

His ita consideratis, si nihilominùs creditor debitorem suum incarcerari peteret, meritò de * duritia redargui posset, Wesenb.*num.10.ff.quæ in fraud. cred.* quia nihil 79.
amplius consequeretur petendo, quàm vt debitorem aliàs miserabilem & calamitosum (de hoc enim loquor, non de malitioso) ampliùs affligeret, *argt. L.servus ea 17.ff.*

80. *de ſerv.export.* & afflictio * contra omnem pietatem afflictionem adderet, *L.Divus 14. de off.præſ.c. licet 4.extra.de cenſ.c.ex parte. 5. extra.de Cler.ægrot.*Coler.*loc.cit.num.40.* Id quod bene expendit etiam Mynſ.*§.f.inſt.de act.n.18.*vbi dicit: haberi in quibusdam civitatibus etiam hodie carceres,eò loci, quà iter eſt,vt faciliùs,qui ſi detinentur,emendicent,donec creditoribus ſatisfiat,(*vid.inf.n.105.& quæſt.6.n.44.* & addit: quod quidẽ inſtitutum , ſi propter civile debitum in eum exerceatur,qui nullâ ſui culpâ , ſed fortunâ
81. ſic volente non ſolvendo efficitur , ſatis * crudele eſt,& neſcio an homine Chriſtiano dignum. Eſt enim contra naturalem æquitatem carceris ſqualor,&meritò dicitur corporis ſupplicium *in Nov.135.* Quia igitur
82. * non cupiditatibus,ſed juſtis affectionibus condeſcendendum, *L.illud.16.ff.de manum. vind.L.9.ff.de impens.in res dot.fact.* ideò etiã malitiis horum *creditorum non eſt indul-
83. gendum *arg.c.ſedes 15.extra.de reſcript.c.vt circa 4.de elect.in 6.L.in fundo 36.§.cõſtituimus ff.de rei.vindic.*Gail.*1.obſ.70.num.*20. Weſenb.*n.4.ff.de ſerv.export.*Gail.*1.de PP.c.3.n.9.* Weſenb.*n.4.C.de ÿs qui ad Eccl.confug.* Quare vt rem totam in compendium contraham , ſi quis notoriè non eſt ſolvendo, exutusque eſt omnibus ſimpliciter bonis ſuis,

ſuis, ſi nulla poſſit fieri ſententiæ executio in rebus ejus, hunc non exiſtimo eſſe detrudendum in carcerem, ſed ei tanquam * inopi parcendum, cum nota paupertatis evidenter illum excuſet, *argt.c.ſi res 1.cauſ.14. q.6.argt.c.cum tu extra.de vſur.* Oldendorp. *claſſ.1.act.12.indefenſ.rei convent.n.2.* Inanisq; ſit actio, * quam inopia debitoris excludit *L. namis 6. ff. de dolo malo* vbi Oldendorp. *loc.cit.V.probatur*, bene ponderare jubet, verbum INANIS, quaſi dicat IC. nullum prorſus remedium eſſe adverſus inopem debitorem ex cauſa civili, & non immeritò, quia præter jam dicta impoſſibilium * nulla obligatio *L. impoßibilium 185. ff. de R.I. c.nemo poteſt.6. de R.I.in 6.* 84. 85. 86.

Confirmatur idipſum argumento à majori ad minus ex *L.4.ff.de muner.& honor.* vbi inquit Ulp. IC. inopes * onera patrimonii ipſa non habendi neceſſitate non ſuſtinent; *vid.quæſt.8.num.22.* ſi excuſantur ob paupertatem à muneribus publicis, quod minus admittendum videbatur, quantò magis in privatis debitis erit eis parcendum? Oldendorp.*loc.cit.* 87.

Confirmatur ſecundò inde: * ſi vſurarius nullâ pœnâ mulctari debet, ſi non habet, vnde vſuras reſtituat, ſed vt dictũ, nota paupertatis eum excuſat, *d.c.cum tu.extra.de vſur.* 88.

89. *vſur.*Brun.*de ceſs.bon.q.18 quarta quæſt.princ. num.8.* cum tamen talis peccator * ſemper in mora eſſe dicatur,*id.ibid.n 8.* cur non excuſarentur illi calamitoſi debitores, qui caſu fortuito, & planè lamentabili ad incitas fuerunt redacti? Expeditum ergò eſt, debi-
90. tores * ex obligatione civili, ſi non habent in ære, nullo jure punire poſſe carcere, vt tractant Jas.*in §.pœnales inſt.de action.* Innocent.*& alij in c. Odoard. de ſolut.* Oldendorp. *loc cit* Conſentit Angel. Aretin. *ad §. f.n. 2. inf.inſt.de action.vid.ſup.q 4.n 44.* Ulteriùs
91. * itaque tales vrgeri non poſſunt, quàm vt præſtent cautionem ſaltem juratoriam de ſolvendo, cum venerint ad pinguiorem fortunam, *argt.c. Odoardus 3.extra.de ſolut.* Covar.*variar.reſolut l.2.c.1.n.9.* vbi exemplificat in clerico, eò enim vſque & non vlteri-
92. us * excuſationem præſtat paupertas, Weſenb *inf.ff.de vacat.& excuſ.L.ſi debitoris 7 ff. de ceſſ.bon. vid. decad.3.q.7.n.153.continuat. decad 4.& q.4.in pr.*

Limitari tamen poſſe videtur hæc con-
93. cluſio: * niſi debitor ille, qui ſic bonis ſuis exutus eſt, ſuos debitores eodem infortunio oppreſſos temerè vexet, & rigoroſè exigat, *confer.q.9.n.203.& decad.2.q 3.n.3. & ſeq. dec.*
94. *3 q 7.limit.12 n 85 & ſeqq.* tunc enim * quod quiſque juris in alios ſtatuerit, eodem ipſe

vti

vti debet, *tot. tit. ff. quod quisquis jur. c. cum omnes, extra de constitut.* & pati in sua quoque persona valere, quod in alterius persona æquum crediderit, *L. 1. v. si quis ff. d. tit.* rigoroso * enim disponenti rigor vicissim servandus, atque Evangelici illius Regis, *Matthæi 18.* * processus erit instituendus, qui post- 95.
quam servo suo debitori, dilationem, vel 96.
remissionem debiti petenti, misertus eum dimisisset, is autem conservum suum, qui ei similiter debebat, apprehenderet, & in carcerem mitteret, donec debitum reddidisset, iratus Dominus mutavit sententiam, & non tantum venundari, quem sic antè dimiserat, & vxorem, & filios, & omnia, quæ habebat, jussit: sed insuper tortoribus eum tradidit, quoad vsque redderet vniversum debitum, his verbis in eum effulminatis: Serve nequam, omne debitum dimisi tibi, quoniam rogâsti me, nonne ergò oportuit & te misereri conservi tui, sicut & ego tui misertus sum? Damhoud, *prax. civil. c. 258. num. 3.*

CONCLUSIO TERTIA.

97. *Debitor propriâ suâ culpâ & malitiâ ad paupertatem redactus incarcerari potest.*

98. *Non tamen potest mitti in carcerem pro scelestis ædificatum.*

99. *Consuetudo incarcerandi decoctores est laudabilis. 103.*

100. *Reipublicæ interest, ne quis re suâ malè vtatur.*

101. *Incarceratio fieri debet propter frequentiam decoctorum & n. 104.*

102 *Decoctores nec per cessionem bonorum se à carceribus liberare possunt apud Saxones.*

105. *Decoctores non sunt alendi sumptibus creditoris, nisi quando ex eleëmosynis vivere nequeunt.*

106. *Legis 12. tab. dispositio contra debitores obæratos.*

107. *Verba Legis 12. tabularum.*

108. *Modernæ leges mitiores lege 12. tab.*

109. *Durities legis 12. tab. introducta in terrorem debitorum.*

110. *Lex 12. tab. successu temporis mitigata, & pœna capitis in pœnam carceris conversa.*

111. *Legis Pætiliæ dispositio circa debitores obæratos.*

112. *Imperatorum constitutio circa eosdem.*

113. *Cedere volens bonis non mittendus est in carcerem.*

114. *Cedere non possunt, qui bona sua malitiosè dissipauerunt, & n. 117.*

115. Dissi-

115. *Dißipatores bonorum suorum carcerari poßunt, & extra ordinem puniri, & n. 117.*
116. *Consumptor malitiosus bonorum suorum si pervenerit ad pinguiorem fortunam non habet beneficium competentiæ.*
118. *Rationes conclusionis tertiæ.*
119. *Delicta non debent manere impunita.*
120. *Malitijs hominum obuiandum.*
121. *Pœna vnius sit metus aliorum.*
122. *Ob frequentiam decoctorum reditur ad jus antiquum.*
123. *A Legibus antiquis quandoq; receditur, quandoq; ad eas reditur.*
Debitores prodigi furibus non absimiles, & ideo corporali pœna afficiendi. Verba statuti Bavarici.


ONCLUSIO tertia: Si debitor* propriâ suâ culpâ, imò dolo, astu, prodigalitate, & malitiâ ad paupertatem redactus fuit, etiamsi notoriè solvendo non sit, adhuc tamen incarcerari, & duriùs vel inciviliùs tractari poterit; *vid. q. 9. n. 18. decad. 2. q. 8. n. 37.* quemadmodum quotidie fieri videmus in fallitis & bancorottis, Wehner. *in obs. pract. V.* Gefängnuß §. *debet ibi: nisi enorme debitū esset.* Hotoman. *q. 26.* Gregor. Tholos. *syntag. p. 3. l. 22. c. 9. num. 19.* vbi ait: certe judicem misereri 97.

ſereri non oportet, ſed potius iraſci, & carceres inferre prodigalitate, luxuria & cauponationibus aliena profundentibus, adde Matth. Coler. *de proceß. execut. p. 1. c. 6. n. 113.* vbi tradit: * quod licet debitor non poſſit
98. in ſubterraneum, & pro ſceleſtis ædificatum carcerem conjici, poſſe tamen ex ſtatuto vel conſuetudine loci haberi carceres debitorum, etiam duriuſculos & aſperiores, in quibus includantur, qui cõtraxerunt magnum æs alienum, & decoctores atque falliti nominantur. Adſtipulatur Mynſ. §. *f. n.*
99. *18.* vbi dicit: haberi in quibuſdam * civitatibus etiam hodie carceres eò loci, quà iter eſt, vt faciliùs, qui ſic detinentur, emendicent, donec creditoribus ſatisfiat; *vid. inf. q. 6. n. 44.*) Quod inſtitutum ſi in decoctores illos, & ventres vſurpetur, qui & aleam ludere, & largis poculis pecuniam etiam aliunde conflatam diu noctuque prodigere pergunt, relictis domi vxore & liberis, propè inediâ morituris, tantùm abeſſe, vt reprehendi poſſit, vt etiam vtiliſſimum, & perquàm neceſſarium judicari debeat, cum reipublicæ * quoque interſit, ne quis re ſuâ
100. malè vtatur § *ſed & major. inſt. de his qui ſunt ſui.* Accedit Dn. Beſold. *in theſau. pract. V.* Schuldthurn/ his verbis: attamen quia decoctorum vel bancarottorum nunc magna
eſt

est * frequentia, carceribus publicis inclu- 101.
duntur, idem *ibid.* adducit constitut. Saxon. 102.
quâ sancitur, tales nec per cessionem * bo-
norũ se â carceribus liberare & eximere pos-
se. His superuenit Oldendorp. *class.1.act. fo-
rens.act.12.in defens.rei.num.2.inf.* vbi in ter-
minis ait: * consuetudine tamen multis in 103.
locis carcere seruantur debitores, donec
solvant. Respiciunt haud dubiè, qui hoc ob-
servant ad * frequentiam hujusmodi im-
posturæ, quam in contrahendo debito ad- 104.
mittunt plurimi hoc seculo levioris farinę
homines. *confer decad.2.q.8.limit.11.12.13.n.
37. & seqq.*

An autem isti, qui sic detinentur cre-
ditorum sumptibus * sint alendi, qui eos in- 105.
carcerari fecerunt? ad hoc Resp. Joan. Fa-
ber. §. *f. num.6. inst. de action.* non aliter,
quam si non possint alimentari de eleëmo-
synis. *vid. inf. q.6.n.44. & hac quæst.5.n.80. &
num.99.*

Ne autem hæc conclusio durior non ne-
mini videatur, ideò priusquam accedam ad 106.
Rationes, ostendam prius, quid ex * *Lege 12.
tab.* antiquitùs fuerit statutum, nam olim
apud Romanos cum nihil esset sanctius fi-
de in publicis & privatis negotiis, recepta
est *Lex.12.tab.* quæ in non solventes æs a-
lienum durissimam pœnam introduxit;
etiam

etiam vltimi ſupplicii, ita ut non tantum vincire, verberare, in carcerem cõjicere, ſervituti mancipare, ſed ſolutionis loco in partes ſecare, & inter ſe corpus illius partiri liceret, Cujac. *ad Nov. 135.* Joan. Herman. Stam. *de ſervit. pers. lib. 1. c. 4. num. 3.* Ratio: vt audacia leviorum hominum in contrahendis paſſim debitis reprimeretur, Oldendorp. *loc. ſuprà cit. num. 2.* vbi verba legis in hunc modum recitat:

*Æris * confeſſi, rebusq́ʒ jure judicatis 30. di-*
107 *es juſti ſunto.*

Pòſt deinde manus iniectio eſto. In jus ducito, nî judicatum faxit (hoc eſt, vt ipſe interpretatur, niſi ſoluat & ſatisfaciat ſententiæ Iudicis.)

In vinculis 60. dies habeto, inter eos trinis nundinis continuis ad prætorem in comitium producito: quantæque pecuniæ judicatus erit, prædicato.

Tertijs autem nundinis, ſi intereà pactus non ſit, capitis pœnas dato, aut trans Tyberim peregrè venum ito. Etſi plures forent, quibus reus eſſet judicatus, tertijs nundinis partes ſecanto.

Ita quoque legit Mynſ. *§. f. num. 17. inſt. de action.* Didac. Covarr. *variar. reſolut. l. 2. c. 1. num. 1.* paulò aliter Menoch. *de arbit. judic. q. l. 2. cen. 2. t. cas. 183. n. 4 & 5.* vid. Goth. *in fragment. l. 12. tab.* & Coler. *p. 1. c. 6. n. 142.* vbi rectè infert:

infert: morem nostrum incarcerandi minus * habere crudelitatis, quàm L. 12. tab. 108
quæ vt ex verbis ejus deprehenditur, debitorem tribus vicibus aut nundinis in publicum productum, si ad satisfaciendum erat inidoneus, condemnabat ad capitis pœnam, vel ad venditionem in servitutem, vt ex pretio ejus satisfieret creditori; imò si plures erant creditores, debitor dissecabatur, & inter eos dividebatur. Quæ durities
* & crudelitas meritò censetur à Solonis lege manâsse, Myns. *loc. cit.* ad terrorem pessimorum debitorum, qui addictionem solam & vinculorum pœnam contemnebant, Covarr. *loc. cit. v. ex quo.* Herman. Stam. *loc. cit.* 109.

Verùm quia nonnulli creditores nimis crudeliter, & cum turpitudine eâ lege & pœnâ abutebantur, quemadmodum exemplum aliquod ex Livio lib. 8 *prim. decad.* recitat Menoch. *loc. cit. n. 6.* (vide etiam Oldendorp. *loc. cit. §. hanc duritiem,*) ideò posteà * 110.
fuit mitigata, vt liceret debitorem tenere in vinculis, Coler. *loc. cit. n. 143.* Myns. *n. 18. &* hæc pars, quæ de vinculis tractat, apud Romanos frequentissimè seruabatur, Covarr. *loc. cit.* vbi plures à creditoribus vinctos fuisse, nullum verò dissectum probat. adde Herman. Stam. *loc. cit. n. 3.*

Suc-

Succeſſu temporis, nimirum ab vrbe condita 428. C. Pætilio & L. Papilio Conſſ. lata
111. eſt lex * Pætilia, quâ quidem ſublata fuit Lex. 12. tab. & cautum, ne quis ob pecuniã creditam in vinculis teneretur, ſed ejus bona, non corpus eſſent debito ac Creditori obnoxia, Covarr. *loc. cit.* ſive vt Oldendorp. & Mynſ. *loc. cit.* explicant, ne quis ob ęs alienum necteretur, & vt bona debitoris, non corpus pecuniæ creditæ obnoxium eſſet. Menaoh. *loc. cit. n. 6.* Hotoman. *q. 26.* vide decad. *2. q. 9. n. 2. vbi rationem reperies.* Quã
112. legem * poſtremò Impp. fuerunt amplexi, concedentes præterea debitoribus hoc ſubſidiũ, vt cedant bonis, quò magis appareat, eos non habere, vnde ſolvant, Oldend. *loc. cit.* & vt carceris ſitum & ſqualorem effugiant. Mynſ. *loc. cit. n. 19.* Menoch. *n. 8.* Et hic eſt
113. maximus effectus ceſſionis * bonorũ, quod qui voluerit cedere bonis, is non poſſit deduci in carcerem, aut ſi ductus fuerit, debeat dimitti, *L. 1. C. qui bon. ced. vide inf. q. 7. n. 1.* Hæc autem ceſſio absque dubio locũ habet tunc, cum quis fortunâ adversâ, vel etiam aliquali ſuâ culpâ, *vide decad. 2. q. 1. n. f.* ad inopiã redactus fuit, vt infrà ſæpiùs & pluri-
114. bus oſtendam; ſi autem * bona ſua malitioſè diſſipavit, vel in ludo perditionis cõſumpſit, vel cum meretricibus, (quæ perditorũ

ani-

animam & corpus devorant, *L.1.C.de nat.lib.*) hi beneficium cessionis non habent vid. *inf. decad.2.q.8.n.37.per L.fin.vbi gl.ff.quæ in fraud. cred.L.pen.ff.de jure dot.& multos alios, quos allegat.* Matth.Brun. *de ceß.bon.q.28.quart.quæst. princ.n.1.* vbi proinde infert: quod * talis de- 115.
bitor carcerari possit, & extra ordinem puniri, *& n.5.* in tantum ampliat, vt etiamsi talis * 116.
consumptor ad pinguiorem pervenerit fortunam, non habeat beneficium, sed in solidũ conveniri, incarcerari, & in carceribus mori debeat, *vide inf.quæst.9.n.20.* Idipsum ijsdem fere verbis tradit Angel. Aretin. *ad §.f.num.2. inst.de action.* vbi ait: * si dolosè fecit debitor, 117.
quod non esset solvendo, quod tunc possit carcerari, & etiam extra ordinem puniri, nec juvari tali casu per cessionem bonorum. *L.f. §.f.ff.de his quæ in fraud. vid. inf. decad. 2. q.8.n. 45.& decad.3.q.7.n.26.*

Ex quibus omnibus facilè est deprehendere * causas, & rationes conclusionis nostræ, 118.
quarum prima est ista: * vt delicta non ma- 119.
neant impunita, *L.ita vulneratus.51.ff. ad L. Aquil.L.in delictis.4.§.cum dominus.2.ff.eod.* deinde, vt malitijs * hominum in futurum obvie- 120.
tur. *c.sedes.15.extra de rescript. §.sed etsi.8. inst. de obligat.quæ ex delicto.c.vt circa 4. de elect. in 6.* vt fraudulenti debitores molestiâ custodiæ publicæ deterriti intra suas rationes se continere

nere diſcant,& promptius ſuis creditoribus, quod debent exolvant, Joann.Herm.Stamm. *l.1.c.4.n.15.* atq; adeo, vt etiam creditoribus tali remedio conſulatur; quo certè licet duro
121. nonnihil, maximè opus, vt pœna * vnius ſit metus aliorum, *L.1.C.ad Leg.Iul.repet. L.31.in f.§.7.ff.depoſiti. Clem.vn.de baptiſmo.L.ſi quis 6. §.1.ff.de pœnis.* Nam quia eſt magna frequen-
122. tia * iſtorum peſſimorum debitorum, ideò multis in locis reditum eſt ad rigorem Juris antiqui, Weſenb. *in parat.n.3.ff.de ceſſ.bon.* vbi ait: propter debitorum improbitatem,& perfidiam, qui temere æs alienũ contrahunt, & dilapidant, alibi carceribus includi decoctores, alibi excommunicari, alibi aliter puniri.

Et ſic videmus pro diverſarum provinciarum diverſis moribus, veteres interdum le-
123. ges immutari, interdum * ab immutatis rurſum diſcedi ad jus antiquum, Coler. *num. 144.*

Confer cum his Rationes allegatas *inf. q. 9.n.8.cum ſeqq.item n.18.19.& 37.* & adde, quæ tradit Hotoman.*q.26.* vbi ait: fures corporali olim ſupplicio affectos, *per L.interdum 56. §.1. ff.de furt.& L.pen.ff.de condict.cauſ.dat.* quo in numero probabile ſit debitores, qui non fortunæ injuriâ, ſed ſuâ culpâ & nequitiâ ad egeſtatem redacti erant, habitos fuiſſe. Quæ pœna de

na/de jure Bavarico tales maneat *vid.tit.13.art.4.* & *art.8.* vbi conformiter opinioni meæ sic statutum legitur: Welche Schuldner durch jhr vnordentlich Wesen/Vnfleiß vnd Nachlässigkeit/daß sie dem Spiel/Trincken/ oder andern Leichtfertigkeiten obgelegen/ vnd jhrem Haußhaben/ Handthierung/ Gewerben vnd Arbeit/ wie sich gebürt nicht außwartet/ oder sonsten zu prächtig/verthunlich/ oder ohne Noht zu freygebig gewesen/in Verderben kommen/ die sollen zu der cession nicht gelassen/ sondern auff Anruffung der Glaubiger alßbald all jhre Güter gespert/vnd beschrieben/ auch ob nichts versteckt oder geflehet worden/mögliche Erfahrung/ vnd wo von Nöhten mit Beäidigung der Ehhalten/ eingezogen/ vnd denn ferner sie mit Verhafft NB. jhrer Person zu der Bezahlung gehandhabt/vnd wo sie nicht zu bezahlen haben/ alßdañ mit Fängnuß oder Versagung deß Lands/ oder in andere Weg/ nach Gelegenheit der Sachen/ vnd der Glaubiger Anruffen dermassen gegen jhnen gehandlet werden/ auff daß andere darvon ein Exempel vnd Abschew empfangen/ sich vor solchem vnredlichen Schulden-machen vnnd Ansetzen der Leut. zu hüten.

CONCLVSIO QVARTA.

124. Debitores obærati non possunt à creditoribus propriâ auctoritate capi & incarcerari.

125. Etiamsi statim vellent Iudici præsentare.

126. Non est singulis concedendum, quod per magistratum publicè fieri potest.

127. Nemo propriâ auctoritate bona debitoris sui occupare, sed immissionem petere debet.

128. Dominus directus emphyteutam canonem non solventem, non potest propriâ auctoritate expellere.

129. Creditor hypothecam non debet propriâ auctoritate invadere.

130. Captura personæ est species citationis realis.

131. Captura est species executionis.

132. Pacto se obstringens ad carceres non potest propriâ auctoritate apprehendi.

133. Privatum carcerem committit, qui sine Iudicis auctoritate debitorem capit.

134. De fuga suspectus propriâ auctoritate capi & resistens armatâ manu quandoq; occidi potest.

135. Quia periculum in mora.

136. Statutum valet de incarcerando debitore propriâ auctoritate.

137. Malefactores aliqui possunt propriâ auctoritate capi.

CON-

CONCLUSIO quarta. Etsi (vt in superioribus conclusionibus dictum) justum quandoq; sit, debitores carceribus vel pœnalibus, vel tædialibus includi: nunquam *tamen permittitur 124.
(etiam in casu expressæ conventionis) debitorem morosum propriâ authoritate capere ac incarcerare, Vivius *comm. opin. V. debitor se non potest obligare*. Soarez. *comm. opin. V. carcer. num. 14.* Joan. Herm. Stamm. *de servit. personal. lib. 1. c. 4. num. 13. §. interim.* Reyger. *in thesau. V. carcer. n. 62.* vbi rationes adducit, Coler. *p. 1. c. 6. n. 12.* vbi *n. 16.* Ampliat procedere, *quantum- 125.
vis eum posteà incontinenti præsentet Judici ad publicum carcerem. Atque ita intelligendus est Gail. *1. obs. 26.* quemadmodum apparet ex textu ab ipso allegato, *in L. non est. 161. ff. de R. I.* vbi Paul. JC. rationem reddit his verbis: non est * singulis concedendum, quod per 126.
magistratum publicè fieri potest, ne occasio sit majoris tumultûs faciendi; nam si creditor reperiret debitorem resistentem, nemo non videt capturam privatam præbere occasionem tumultibus & rixæ. Consentit Covarr. *var. resol. l. 2. c. 1. n. 7. in f.* vbi ait: reip. non convenit hęc privata executio, esset enim frequentissimè causa rixæ & dissensionis. vide etiam Joan. Herm. Stamm. *loc. cit.* Quâ ipsâ de causâ creditor non debet * privatâ aucto- 127.

ritate occupare bona debitoris, ſed immiſſionem petere à Judice, Weſenb. *num.4. ff. ex*
128. *quib.cauſ.in poſſeſſ.* Et emphyteuta * etiam canonem non ſolvens debito tempore non potest expelli à Domino directo, ſine Judicis authoritate, Stainhauſ. *in parat. in C. de Iur.*
129. *emphy.* & creditor * non debet poſſeſſionem hypothecæ privatâ authoritate invadere, etjam poſt ſolutionem ceſſantem. *argt. L. in poſſeſſ. 5. C. ad L. Iul. de vi publ. argt. L. extat. 13. ff. quod met. cauſ.* etiamſi pactis conventum ſit; nam tunc vim quidem facere non videtur, attamen auctoritate Judicis poſſeſſionem adipiſci debet. *L. creditores 3. C. de pignor.* Rationem aliam affert Coler. *loc. cit. n. 13.* vbi ait:
130. cum captura * perſonæ ſit citatio realis, & ſpecies Juriſdictionis, privato non conceditur; Stamm. *n. 13. inf.* vel potiùs meo judicio
131. captura * eſt ſpecies executionis Nicol. Vigel. *Method. Iur. controv. l.2. c.19. reg.39.* Covarr. *loc. paulò ante cit.* quæ & ipſa ad judicem ſpectat, & ab executione creditor incipere non debet, per notat. Gail. *1. obſ.13. n.1. id. 1. obſ.148. num.1.* adde Coler. *p.1. c.6. n.55.* vbi tradit: quod licet
132. aliquis * pacto ſe obſtrinxerit ad carcerem, non tamen poſſit à privatis apprehendi, ſed Judex debeat adiri, vt per ſuum nuncium vel miniſtrum faciat apprehēdi, Herm. Stamm. *loc. cit. n.13.* junge Gail. *de PP. c.2. n. 8. & 9.* vbi appre-

apprehensiones ex causa civili valere, ait,& ratas esse per totam Germaniam, dummodò publicà magistratùs auctoritate, non privatâ fiant; & ita etiam dicit Stamm. *n.14.* intelligendam esse consuetudinem incarcerationem debitorum permittentem. Nam si privata * persona aliquem incarceret, dicitur 133.
privatum carcerem committere, & privati carceris pœnâ plectendus est, cum certi juris sit, nemini licere etiam publico officiali debitorem capere sine judicis auctoritate, Farinac.*q.27.n.8.de carcer.*

Limitatur hæc conclusio, vt debitor * de fu- 134.
ga suspectus, judicis inprimis petitâ veniâ, vel si ejus præsentia statim & sine periculo fugæ haberi non possit, etiã propriâ auctoritate per creditorẽ, vel aliũ ejus nomine ex causa civili capi & incarcerari possit. *per text. in L. ait Prætor. §. si debitorẽ ff. quæ in fraud. cred. L. Generali. C. de decurion.* Gail. *2. obs. 44. n. 1. id. 1. obs. 48. n. 14* vbi notat quod debitorẽ fugitivũ etiã privatus capere, & tantisper retinere possit, donec eum Judici sistat, per Rationem: quia fugæ * 135.
periculum non patitur morã, & judicis accessum, ejusq; jussũ, ne interim debitor suspect⁹ magno creditoris malo nequiter elabatur, vide quæ ad hoc propositũ scribit idem Gail. *de arrest. c. 8. num. 17. & 1. obs. 48. num. 13. & 14. fusè* Schneid. *pr. instit. de action. n. 15. cũ. seq.* Stamm.

loc.cit.n.25. vbi addit, etiam armatâ manu resistentem vulnerare, & vim illatam propellendo licitè occidere posse. conf.not.*sup. q. 4. n.36.inf. q.6.n.14. & q.7.num.52.* idem tamen Stamm,*n.14.* rectè monet, creditorem debere fugitivum suum debitorem judici incarcerandum offerre, quamprimum possit. vid jus Bavaric. *tit.13.art.2.*

136. LIMITA secundò, vt statutum *valeat de pignorando, capiendo, vel detinendo debitore, etiam in persona & rebus, & quidem propriâ auctoritate Creditoris, nec interveniente requisitione Judicis, Reyger. *in thesau.v.captura.n.32.* post Coler. *p.1.c.3.n.46.f.104.*

LIMITA tertiò in quibusdam casibus, in quibus vnicuiq; etiam privato absq; Judicis auctoritate & mandato licitum est delinquē-
137. tes *capere, sed quia isti ad nostrum propositum nō pertinent, ideo videri potest Farinac. *q.27.de carcer.n.23.* Schneid. *loc.cit.*


CONCLVSIO QVINTA.

138. Debitor propter civile debitum carceribus privatis includi non potest: etiamsi bonis non cesserit. n.139.

140. Nec statutum. 141. nec obligatio valet, vt quis includatur carceribus privatis. 142. ne jurata quidem, vide tamen. n.144.

143. Privatum carcerem exercens tenetur ad omnia damna, & amittit debitum.

CON-


ONCLUSIO quinta: debitor * propter civile debitum carceribus privatis includi non poteſt, *tt.C.de privat.carcer.* Angel.Aretin. *ad §.f.n.2.V.ſi autem.inſt.de action.*Bald.*in tract.de carcer.c.2.n.4.vide* Jul. Clar.*§.f.q.68.v.privatum.*Covarr.*var.reſol.l.2. c.1.n.7.in f.ibi:nec privatus hic carcer.*Benedict. de Capra.*comm. opin.L.C.n.11.*Brun.*de ceß.bon. q.3.princ.n.3.* vbi ampliat: * etiamſi aliquis bonis non ceſſit. & addit *n.3.* *ſtatutum quidem valere, quo quis in carcere publico detineatur, ſed non in privatis carceribus. Quod in tantum verum eſt, vt non valeat * obligatio ad carceres privatos, Guido Papæ. *decis. Grationop.q.61.n.1.in f.*Coler.*p.1.c.6.n.48.*etiam * cum juramento, aut pœna, Farinac. *loc.mox citand.n.20.*& qui privatum * carcerem exercet, non tantùm ad omnia damna & intereſſe tenetur, ſed etiam amittit debitum, *§. quia v. Novell: vt nulli judic.* Farinac.*q.27.de carcer.n. 10.vid.ſup.n.12.*

138. 139. 140. 141. 142. 143.

Limitat tamen Bald.*in tract.de carcer.c.2. n.4.* quod poſſit debitor incarcerari pro debito in loco privato, ſi ipſe per * juramentum ſuum præſtitum promiſiſſet ſtare in aliquo loco, poſt Inno. *in c.ex reſcript.extra.de Iurejur.* in quo Farinacio contrariatur. 144.

QVÆSTIO VI.

Quid requiratur ad hoc, vt Debitores ob debitum civile carceri, præsertim pœnali, possint includi?

SVMMARIA.

1. *Multa adhoc requiruntur, vt debitores incarcerari poßint.*
2. *Vt videlicet debitum sit efficax. num. 3. liquidum.*
4. *Executio non poteſt fieri, niſi in debitis liquidis. 6. etiam â Pontifice.*
5. *Etiam cum debitor eſt ſuſpectus de fuga.*
7. *In Criminalibus nemo carceratur, niſi conſtet de corpore delicti.*
8. *Arreſta non decernuntur, niſi in debitis liquidis.*
9. *Incarcerationem debet præcedere ſententia & condemnatio 12.*
10. *Executio poſt rem Iudicatam facienda.*
11. *Debitum maximè ſit liquidum per ſententiam.*
13. *Executio quandoq; fit ante ſententiam.*
14. *Et in iſtis caſibus debitor poteſt incarcerari ante ſententiam.*
15. *De fuga ſuſpectus carcerari poteſt ante ſententiam.*

16. Ce-

16. *Cedere bonis non potest, nisi priùs condemnatus vel confessus.*

17. *Debitor solvendo existens carcerari non potest.*

18. *Incarceratio non habet locum, nisi excussis priùs debitoris bonis, n. 22. vbi verba quorundā auctorum ad hoc propositum.*

19. *Executio fieri potest ante tempus condemnatis præfixum, si factâ discussione non solvendo reperiatur.*

20. *Executionis ordo à D. Pio præscriptus.*

21. *Ordine perverso executio non valet.*

23. *Excussio requiritur, antequam capiantur bona immobilia.*

24. *Excutienda sunt quoque bona in alieno territorio sita, priusquam ad capturam personæ deveniatur.*

25. *Excussio præcedere capturam debet, non tantum in bonis debitoris, sed etiam fidejussorum.*

26. *Fidejussorum facultates aggregantur facultatibus debitoris principalis.*

27. *Pro pœna pecuniaria nemo in corpore luit, nisi quando non potest solvere. Solvendo etiam is dicitur, qui habet fidejussorem idoneum.*

28. *Debitor ad hoc, vt evitet carceres, debet manifestare omnia sua bona mediante juramento.*

29. No-

29. *Nolens indicare bona non evitat carceres per ceßionem.*

30. *Excußio non requiritur in illo debitore, qui pacto se ad carceres obligavit.*

31. *Provisio hominis tollit provisionem legis.*

32. *Paciscendo quilibet abdicare à se potest beneficium â jure indultum.*

33. *Obligans se ad carcerem censetur beneficio legum renunciâsse.*

34. *Vt carcerem quis evitet, & bona subhastanda habere, & de evictione emptoribus (secundum aliquos) cavere debet.*

35. *Excußio non requiritur in debito fiscali.*

36. *A Captura incipere licet, compellendo debitorem personaliter, vt indicet bona.*

37. *Moribus nostris à Captura facilè in Germania incipimus, etiam non attentis istis requisitis.*

38. *Tolerabilia sunt, quæ vetus consuetudo comprobat.*

39. *Carcerem tædialem non debet præcedere excußio, sed pœnalem.*

40. *Iudices moderni faciles sunt in carcerandis debitoribus, si verisimiliter satisfacere possunt.*

41. *Modi satisfaciendi.*

42. *Creditor petens debitorem suum incarcerari, quam cautionem præstare debeat.*

43. *In-*

43. *Incarceratum debitorem an creditor alere debeat?*

44. *Carcerati in quibusdam locis debent vivere ex eleëmosynis transeuntium.*

ETsi in casibus suprà recensitis debitores carceribus, vel tædialibus vel pœnalibus, ob debitum civile quandoq; possint includi, id tamen vt rectè fiat, multa de jure * & secundum doctrinam Dd. sunt necessaria, ac 1.

PRIMÒ quidem requiritur, * vt debitum sit efficax, non civile vel naturale tantũ, Bald. *in tract. de carcer. c. 2. num. 1.* item purum, non conditionale; quia hoc non potest efficaciter peti, antequam conditio existat. *idem. ibid.* 2.

SECUNDÒ requiritur, vt debitum ipsum * sit liquidum. Ratio est: quia, vt supra *q. 5. n. 131.* dictum, apprehensio & incarceratio est modus executionis, Coler. *n. 43.* atqui * executio non potest fieri, nisi in liquidis & probatis debitis, Bart. *in L. 4. §. si ex conventione n. 1. ff. de re judic.* Soarez. *comm. opin. L. E. n. 197.* Gail. *1. obs. 68. n. 6.* Myns. *2. obs. 6.* Quod in tantum verum est, * vt etiam tunc, cum debitor suspectus est de fuga, non aliter apprehendi & incarcerari possit, quàm si debitum sit certum & liquidum, ex chirographo debitoris, vel instrumẽto publico, aut testibus probatum, Gail. *2. obs.* 3. 4. 5.

44. n.

44.n.6. Matth. Gribald. *comm. opin. V. Debitor. n.2.* Villalob. *commun. opin. lit. T. num. 176.* Imò
6. etiam Papa * non posset condemnare ad debitum, quod non est probatum, Guido Papæ
7 *decis. 91. n. 3. inf.* Ratio alia: quia sicut in * criminalibus non facilè aliquis incarceratur, nisi constet de corpore delicti, Farin. *de carcer. q. 27. n. 74.* ita nec in debito, nisi de eo prius liquidò constet. Idque inde confirmatur: quia
8. * arresta tolerabiliora sunt, quàm carceres; & tamen arresta decerni non debent, nisi de debito liquidò appareat, idem Gail. *c. 1. de arrest. n. 11.* Joan. Emericus à Rosbach. *prax. civil. tit. 28. num. 41.*

9. TERTIÒ requiritur, vt sententia prius * sit lata. Ratio est; quia non antè, sed post rem
10. judicatam * executio facienda. *L. 1. C. de execut. rei judic. L. si cum. 58. ff. de re judic.* Et debi-
11. tum illud maximè fit liquidum * per sententiam, *L. 1. C. de condict. indeb.* Gail. *1. obs. 44. n. 7.* accedit Brun. *de cess. bon. q. 3. princ. n. 2.* vbi dicit: pro civili debito quis in carcerem poni non
12. potest, nisi primò sit * condemnatus, idem tradit Angel. Aretin. *ad §. f. n. 1. v. advertas tamen, inst. de action.* Nicol. Boër. *decis. 349. num. 7.* Bened. de Capra. *comm. opin. lit. D. n. 4.* vbi videtur insuper requirere, vt tempus à jure condemnatis indultum præterierit.

13. Nihilominùs, quia in multis casibus * executio

cutio fieri poteſt ante ſententiam, quos ordine recenſet Nicol. Vigel. *M.I.R.l.2.c.19.reg.14.* Ideò in omnibus iſtis etiam debitor * incar- 14.
cerari poteſt ante ſententiam, quorum vnus præcipuus eſt iſte, ſi debitor * de fuga ſit ſu- 15.
ſpectus, *vid. ſup. q.5 n.135. q.4.n.36.* dummodo aliàs conſtet de debito, *vid.n.5.* Nicol. Vigel. *M.I.R.loc.cit.reg.29.except.1.* Angel. *d.num.2. inf.* Quia autem confeſſus pro judicato habetur *L.1.ff.de confeſſ.* ideò alterutrum ſufficere poteſt, vt nimirum vel ſententia ſit lata, vel debitum confeſſatum. Hanc alternationem attingit quoque Angel. Aretin. *d.n.2. circa f.* his verbis: eo ipſo, quod conſtat de debito per confeſſionem judicialem, vel per ſententiam, quæ tranſivit in rem judicatam, ſi debitor non ſolvat intra tempora conceſſa condemnatis, *in L. debitoribus ff. de re judic.* quod poſſit capi & carcerari, niſi bonis cedat, vid. Covarr. *var. reſol. l. 2. c. 1. n. 1. v. ex quo*

Confirmatur à ſimili: quia priuſquam debitor bonis * cedat, neceſſe eſt, vt prius con- 16.
demnetur, vel ſaltem confiteatur in judicio debitum, Covarr. *variar. reſol. l. 2. c. 1. n. 5.* Ergo etiam priuſquam carceretur.

QVARTO requiritur, vt debitor * non ſit 17.
ſolvendo, nam ſi eſſet ſolvendo, de jure civili (cæteris paribus) non poſſet incarcerari,

poſt

post.gl.in L.3.ff.de suspect.tut. Bald. *in tract.de carcer.c.1.n.4.* vbi addit: quod aliàs à tali sententia possit appellari. Vt autem constet, aliquem non esse solvendo, ideò

18. QVINTÒ requiritur, vt prius fiat * excussio bonorum, non enim debet capi persona pro debito, nisi priùs excussis bonis *gl. Bart. & DD. in L.3.§.tutores ff.de suspect.tut.* Boërius *decis.349.n.7.* Coler. *p.1.c.6. num.129.* & tunc primùm incarcerationi locus est, quandó factâ excussione bona non reperiuntur sufficientia, Marant. *in spec.aur.de except. n.9.* (quo in
19. casu * executio fieri potest ante tempus condemnatis præfixum, si factâ discussione omnium bonorum non solvendo reperiatur,) Bened. de Capra *comm.opin.lit.D.n.4.* vbi *n.8.*
20. tradit in executione * sententiæ in civilibus debere servari ordinem traditum *per L. à Divo Pio.§.in venditione.ff de re jud. vid. sup. quæst. 4.n.26.* scilicet vt primò capiantur mobilia, & deinde stabilia, & posteà nomina debitorum, & his deficientibus vltimo loco deveniatur ad capturam personæ; & si pervertatur
21. ordo * prædictus, executionem non valere: atqui incarceratio est species executionis, Ergò ad eam non devenitur, quamdiu extant
22. bona debitoris, Coler. *n.43.* Si itaq; debitor * habeat bona aliqua, quæ possint vendi publicâ subhastatione, nunquam is ad carcerem

ducendus, *per d. L. à Divo Pio.* Covarr. *variar. resol. l. 2. c. 1. n. 2.* Tunc namq; debitor in publicis vinculis detinendus, cum non habet bona, ex quibus æs alienum ſolvi poſſit, *id. ibid.* Vivius *comm. opin. V. debitor habens:* Accedit Soarez. *comm. opin. L. C.* vbi *n. 16.* ait: carceri addici nemo poteſt ob cauſas pecuniarias ante exactam & plenam, vt loquendi mos eſt, excuſſionem bonorum. Adde Anton. Capytium *deciſ. nov. Neap. 169. n. 4.* Angel. Aretin. *ad §. f. n. 2. inſt. de action.* vbi ait: ſi excuſſio * requiritur, antequam deveniatur ad bona immobilia, juxta *L. à Divo Pio. §. in venditione ff. de re judic.* multò fortius debet fieri, antequam deveniatur ad capturam perſonæ, & carcerationem, cum ſit gravior. Ita quoque ratiocinatur Anton. Capytius *deciſ. 169. num. 2.* conſentit. Joan. Herm. Stamm. *lib. 1. de ſervit. perſ. c. 4. n. 24.* Coler. *p. 1. c. 6. n. 128. & 129. idem n. 23. per d. L. 3.* & 23.

AMPLIAT primò *ibid. n. 132.* procedere etjam tunc, cum quis allegat ſufficientiam ſuarum facultatum in alio territorio, nam & eo caſu bona priùs excutiẽda, * quàm ad capturam perſonæ deveniatur. 24.

AMPLIAT ſecundò idem Coler. *num. 24.* vt non tantùm neceſſaria ſit * excuſſio bonorum debitoris principalis, ſed etiam fidejuſſorum ejus, (debitor namq; principalis non 25.

K eſt

est incarcerandus, quando fidejussor est solvendo, Reyger. *in thesau.v.carcer.n.46.*) quo-
26. rum * facultates quoad effectum illius debiti, super quo fidejussio intervenit, principaliter obligati facultatibus aggregatæ censentur. *per L.27.§.præterea ff.de fidejuß.* Stamm. *d. n.24.* Vnde idem Coler. *n.133.* tradit cautelam pro debitore insufficiente, vt is alleget sufficientiam sui fidejussoris, quatenus namq; fidejussor idoneus est, eatenus ipse principalis solvendo esse intelligitur, & addit idem Coler. *n.24.* rationem hujus quinti requisiti: quia etiam in criminalibus non luit quis in cor-
27. pore * pro pœnâ pecuniaria, nisi ita demùm, quando non potest solvere, *L.1.§.fin.ff.de pœnis L.f.ff.de in jus voc.* Ergò multò minus debet in corpore, sive in carcere luere, qui non pro pœna, sed pro civili debito pecuniario est obligatus. Ratio alia: quia debitor non potest incarcerari, nisi reperiatur non solvendo, Stamm. *d.n.24.* sed solvendo etiam is dicitur, qui habet fidejussorem idoneum *L. si plures 27.§.f.ff.de fidejus.vide inf.quæst.7.n.22. sup.q.5. n.90.q.4.n.11.& n.44.* Quia autem subinde impossibilis redditur creditori excussio, quãdo reus occultat sua bona, ideo ad hoc, vt gravamẽ carceris effugiat debitor, necesse habet subinde

28. SEXTÒ: * manifestare, & quidem ita specifi-

cificare omnia ſua bona, vt ne obolum quidem taceat, imò quod plus eſt, compellitur talis reus ad hoc, vt evitet carceres, & ad ceſſionem bonorum admittatur, omnia ſua bona, mobilia ſaltem, item jura & nomina ſpecificare mediante juramento. Coler. *num. 157. cum ſeq. & n. 160.*

Ampliùs dicit Angel. *ad §. f. n. 2. Verſic. ergò cum dolo ſuo: inſt. de action.* quod talis, qui nollet indicare bona, non evitaret carceres * 29.
etiam cedendo bonis, quia cum teneatur omnia dimittere, qui bonis cedit, dolo facit, ſi quid occultat, vel retinet. *vid: decad. 2. q. 2. n. 83. 84. 85. q. 8. limit. 17. n. 62. cum ſeqq.* Sed hanc ſuam doctrinam de excuſſione debitoris traditam.

LIMITAT idem Coler. *n. 80.* locum habere in ſimplici debitore, qui nullo modo ſe aſtrinxit ad carcerẽ in caſu moræ, ejus namque facultates priùs excuti debent, antequam ad capturã perſonæ perveniatur, ſecùs ſi corpus debitoris * obligatũ ſit ex pacto, & ſi in- 30.
tervenit ſtipulatio de habendo in carcere, donec ſtetur promiſſis, quia talis proviſio * ho- 31.
minis tollit proviſionẽ legis, *per L. f. C. de pactis convent.* nec poteſt dici perverſus ordo, à quo diſceditur cum voluntate partium, cum liceat partibus * paciſcentibus abdicare à ſe 32.
beneficium in ipſorum favorem inductum.

Joan. Herm. Stamm. *de servit. pers. l. 1. c. 4. n. 16.* Idem Coler. *n. 67.* sic ratiocinatur: Debitor scivit, vel saltem scire debuit, ob æs alienum neminem posse invitum ac non excussum, nec contumacem ad carcerem rapi, *per L. 3. §. tutores vbi gl ff. de suspect. tut. L. ob æs. cum Auth. sequenti & L. nemo. 2. C. de exact. trib.* igitur ob-
33. ligando * se ad carcerem intelligitur beneficio legum pro se introducto renunciasse. Deinde modò dicta duo requisita

LIMITAT secundò Covarr. *loc. cit. n. 2.* vt
34. quoties * debitor habet bona, & tamen non præstat fidejussores de evictione, quibus cautum sit emptoribus eadem bona in publica subhastatione licitantibus, adhuc in carcerẽ publicum mittendus sit, *per tex. in auth. hoc nisi. C. de Solut. Nov. 4. c. 3. vid. decad. 2. quæst. 9. num. 51. & 52.*

LIMITAT tertiò Marant. *loc. cit. n. 12.* non
35. procedere in debito * fiscali, quia potest debitor capi de persona, etiam nullâ factâ excussione, ad quod allegat *L. nemo C. de exact. tribut.* quæ tamen hoc non dicit. Idem tenet Covarr, *loc. cit. n. 4. in f. ibi:* quin & si debitum sit ratione redituum regalium, præcisè debitor in carcerem Lege Regiâ mittendus est, donec solvat, quamvis habeat res, quæ possint pro solutione capi, & publicâ subhastatione vendi.

LIMI-

LIMITAT quartò idem Marant. *num. 23.* quod licet in exequendo non ſit incipiendũ à captura perſonæ, tamen poſſit nuncius & executor incipere â captura, * compellendo 36. debitorem perſonaliter, vt indicet ſua bona, in quibus eſt facienda excuſſio. Plures limitationes vide apud Marant. *loc. cit. num. 13. cum ſeqq.*

LIMITARI poſſe videtur quintò, vt non procedat, * ſi moribus civitatis aliud ſit re- 37. ceptum, & obſervatum, Gail. *2. obſ. 64. num. 11.* vbi cum dixiſſet, cives & incolas capi non poſſe pro debito, niſi ſuſpecti ſint de fuga, & bona immobilia nulla poſſideant, dictam LIMITATIONEM adducit, & ſtabilit per regulam: * tolerabilia ſunt, quæ vetus conſue- 38. tudo comprobat; quales conſuetudines paſſim in Germania reperiuntur, neq; iſta requiſita tam exactè attenduntur.

LIMITARI poſſe videtur ſextò, vt * excuſ- 39. ſione opus ſit, cum incarceratio fit juxta concluſionẽ tertiam ſuperioris quæſtionis, quando debitor exiſtimatur non ſolvendo eſſe, & in pœnâ prodigalitatis, diſſipationis, & profuſionis, carceri mancipatur: ſecus ſi fiat juxtà concluſionem primam, quando veriſimiliter putatur ſolvendo eſſe, & adhuc aliquid in bonis habere, ſed ex contumacia tantum remorari, tunc namq; quid impedit à carcere

 tempo-

temporali incipere contra contumacem, & eum ad hoc vrgere, vt exhibeat ſua bona, & de illis creditoribus ſatisfaciat?

40. Planè judices * noſtri non multùm ſunt ſcrupuloſi, ſed ſi debitum eſt efficax atque liquidum, vel per confeſſionem partis; vel per rem judicatam, & debitor talis, de quo veriſimiliter conſtat, eum vel pignoribus, vel fidejuſſoribus, vel reo dato, vel ſolutione ejus, quod debetur, vel aliâ ratione ſatisfacere poſ-
41. ſe (hi namque ſunt modi * ſatisfaciendi *text. in L. ſi rem alienam 9. §. omnis, ff. de pignorat. act.*) mox cum ipſo ad carcerem pergunt, & in obedientiam mandant, heiſſen jhn in den Gehorſamb gehen. Et ſi talis aliquis exceptione excuſſionis ſe tueri vellet, præter damnum carceris adhuc ſibilum & irriſionem reportaret.

SEPTIMÒ alicubi requiritur, ex parte Creditoris, vt ſi petit debitorem ſuum incarcera-
42. ri, prius * cautionem præſtet, eam rem judicio fraudi non fore, Matth. Paul. Wehner *in obſ. pract. V.* Geſängnüß *§. moribus.* poſt Weſenb. *in parat. n. 5. C. de ſatisdat.*

OCTAVÒ requirunt, vt creditor, qui debi-
43. torem ſuum incarcerari fecit, * eum alat, ſi non habet, vnde vivat, *per notata ſuprà concl. 2. ratione 3. q. 5. num. 70. & 73. cum ſeqq.* Bald. *in tract. de carcer. c. 2. num. 8.* Guido Papæ *deciſ.*

211.

211.num.2. Farinac.quæst.27.de carcer. & carcerat.num.149. Wurmser. l.1.miscell.obs.8.per tot. Joann.Herm.Stamm.de serv.pers.lib.1.c.4. num.27. Coler. p.1.c.6.num.106. cum seqq. vbi num.108. limitat: nisi aliud sit introductum consuetudine loci, puta quod *carcerati, pro 44.
debito pecuniario vivant ex eleëmosynis transeuntium. vid.sup.quæst.5.num.105.num.80.num.99. Quod teste Joan.Fabro fieri debet in decoctoribus, vt dixi supra q.5. Conc.3.num.105. Quid nono loco requiratur in vsitata apud Saxores condemnatione debitoris ad manus creditoris, vide apud Coler. num.137.

QVÆSTIO VII.

Quinam Debitores liberi sint, & immunes à carceribus ob civile debitum subeundis, & an in specie calamitate belli depauperati?

SVMMARIA.

1. *A Carcere liberātur illi, qui bonis cedere volunt. Etiamsi jam detineantur. Etiamsi renunciaverint cessioni.*

2. *Etiamsi pacto se obligâssent ad carceres.*

3. *Cessio â carceribus & obstagijs liberat, & ejus ratio. n. 5.*

4. *Etiamsi quis juramento se obligâsset ad detentionem personalem.*

6. *Cautela pro debitore, vt offerat omnia sua bona Iudici pro debito vendenda.*

7. *Cessio apud Saxones non liberat debitores ab incarceratione.*

8. *Cessio bonorum â carcere non liberat, vbi peculiariter statuto cavetur de executione instrumentorum guarentigiatorum.*

9. *Statuta ad vnguem sunt servanda.*

10. *Incarcerari non possunt offerentes in solutum prædia meliora. & n. 16.*

11. *Carcerari nemo debet nisi in subsidium, quãdo constat, quod non habeat bona.*

12. *Creditor accipiens suum creditum non habet, quod conqueratur.*

13. *Per oblationem bonorum immobilium, vel pignorum evitari potest adjudicatio Saxonica debitoris ad manus.*

14. *Aliud pro alio invitus creditor accipere non cogitur.*

15. *An condemnati indistinctè detrudantur in carcerem, si bonis non cedant.*

17. *Carcerem evitare volens debet offerre prædia sufficientia, & creditori proficua.*

18. Car-

18. *Carcerem evitat, qui offert in defectum bonorum nomina idonea & exigibilia.*

19. *Dilatio & mora modici temporis non debet haberi in consideratione.*

20. *Solvendo etiam is dicitur, qui habet nomina debitorum idonea.*

21. *Carcere relaxari debent, qui præstant cautionem satisfaciendi. & n. 23.*

22. *Solvendo etiam dicitur is, qui habet fidejussorem idoneum.*

24. *Si carceratus offerat cautionem, creditori sub pœna mandato inserta relaxatio injungenda est.*

25. *Et Mandata sine clausula de relaxando decernuntur.*

26. *Mandata sine clausula regulariter non valent.*

27. *Carceratus ob leve delictum relaxandus sub fidejussoribus.*

28. *An Cautio Iuratoria hoc casu sufficiat?*

29. *Carcerari nequeunt infantes, impuberes, furiosi, minorennes, contra n. 33.*

30. *Incarcerationem debet præcedere contumacia.*

31. *Minor verè contumax constitui non potest.*

32. *Minores patiuntur bonorum possessionem & venditionem, non incarcerationem; & ratio diversitatis.*

33. *Pupillus doli capax, & minorennis incarcerari pro civili debito potest, secundum Bald.*

34. *Carcerari nequeunt honestiores, & cur olim incarceratus fuerit Scipio Asiaticus?*

35. *Doctores ob debitum civile carcerari nequeunt etiam in casu statuti, vel consuetudinis generalis, dummodo se contineant intra metas suæ vocationis.*

36. *Quia privilegium competentiæ habent. & n.39.41.47.71.82. & quia bona ad causam studij pertinentia non possunt capi. Propter quod vnumquodq; tale, illud magis tale.*

37. *Doctores se non possunt obligare ad compedes.*

38. *An Doctores non legentes, vel privilegijs renunciantes, item an eorum vxores & liberi incarcerari possint?*

39. *Milites armatæ militiæ ex causa æris alieni capi & incarcerari non possunt, & quare?*

40. *Nobiles & illustres non militantes num à carceribus sint immunes dubitatur.*

42. *Nobiles Hispani in Carcerem mittuntur ob delictum, non tamen in subterraneum. 43.*

43. *Reatus omnem dignitatem excludit.*

44. *Nobiles otiosi immunes non sunt â carceribus.*

45. Sed

45. *Sed qui feuda in hoc habent, vt requisiti in singula momenta comparere cogantur.*

46. *Clerici propter civile debitum incarcerari nequeunt. ampl. n. 49. & quid si in casum moræ se obligasset ad carcerem? Quid in monachis?*

47. *Clerici bonis non cedunt, sed beneficium competentiæ habent.*

48. *Clericus admittitur ad juratoriam cautionem de solvendo, si pervenerit ad pinguiorem fortunam.*

50. *Clericus in minoribus ordinibus constitutus incarcerari potest.*

51. *Item si conatus fuit occultare bona.*

52. *Item si de fuga sit suspectus.*

53. *Clerici incarcerari possunt ad effectum cōpellendi eos ad satisfactionem, secundum aliquos. Item si se non contineant intra metas vocationis suæ.*

54. *Cum Clericis temperatiùs agendum.*

55. *Mulier honestæ vitæ incarcerari nequit pro debito civili, propter periculum pudicitiæ. & n. 57. ne quidem ob debitum fiscale. n. 58.*

56. *Mulierem incarcerans acriter punitur.*

59. *Etiamsi pacto se ad carceres obligârit.*

60. *Etiamsi bonis non cedat.*

61. *Mulier incarcerari potest de jure Codicis, non verò Novellarum.*

62. *Etiamsi bona defecerint.*

63. Mu-

63. *Mulier pro crimine commisso incarcerari nequit, contra. n. 64.*

65. *Citatio realis in muliere non habet locum.*

66. *Carcer est species citationis realis.*

67. *Mulier infamis & impudicam vitam agens incarcerari potest, tam in civili, quàm criminali causa, nisi sit nupta. 69.*

68. *Mulier separanda à viris incarceratis.*

69. *Mulier tutrix liberorum an & quando incarcerari possit?*

70. *Pupillorum favore singularia quadam statuuntur.*

71. *Mater habet privilegium competentiæ etiã ob administrationem tutelæ. Privilegium introductum ob honestatem personæ, aut sexûs, non potest tolli per renunciationem.*

72. *Secundum consuetudinem quorundam locorum mulieres quandoq; incarcerantur, præsertim in causis criminalibus, ita tamen vt separentur à viris. 73.*

74. *Mulieribus gravidis quoad carcerem parcendum.*

75. *Mulieres non debent includi* in das Narrenhäußlin.

76. *Iudicum quorundam acèrba stultitia.*

77. *Morionis cujusdam lepidum dictum.*

78. *Ægroti magnâ infirmitate carceribus sunt relaxandi, etiamsi de crimine agatur. 80.*

81. Senes

81. *Senes à carcere non sunt omninò liberi, non tamen arctiùs detinendi.*

82. *Privilegium competentiæ habentes non sunt incarcerandi. Exempla, Ratio.*

83. *Non tamen vice versâ. Studiosi ob debitum civile incarcerari nequeunt, nisi pecunias turpiter prodigant. Casus quatuor, quibus privilegiati incarcerari possunt.*

QUamvis debitores (vt ad longum hactenùs deductum fuit) etiam propter debitum civile carceri vel tædiali vel pœnali quandoque possint includi, excipiuntur tamen aliqui, qui ab hoc sunt immunes atq; liberi. Et

PRIMO quidem â * carcere liberantur illi, qui bonis cedere volunt *L.1. inf. C. qui bon. ced. vid. sup. quæst. 5. num. 47. 48. & 55. 113. inf. hac quæst. 7. n. 105. decad. 2. q. 1. n. 1. sup. q. 4. num. 12.* Capyt. *decis. nov. Neapol. decis. 169. inf.* Matth. Brun. *in tract. de cess. bon. q. 3. princ. n. 1.* Angel. Aretin. *ad §. f. n. 2. inst. de action.* Didac. Covarr. *variar. resol. l. 2. c. 1. n. 5.* Benedict: de Capra. *comm. opin. lit. D. n. 4. inf.* Nicol. Boër. *decis. 349. n. 7.* Joan. Herm. Stamm. *l. 1. de servit. person. c. 4. n. 24.* Coler. *p. 1. c. 6. n. 121.* Amplia primò: sive jam sint carcerati, sive primùm carcerandi, *vid. sup. q. 5. n. 113. decad. 2. q. 1. n. 6.* Amplia secundò: etiãsi renunciaverit cessioni, Covarr. 1.

var.res.l.2.c.1.num.7. Amplia tertiò: * vt cedens bonis evitet carceres, etiamsi in eventū non factæ solutionis ad carcerem subeundum se obligaverit, Stamm.*num.16.* vel aliter extiterit statutum, Coler. *d.n.121.* vbi Rationem reddit. Idipsum tradit Gail. *2.obs.65.n.6.*
3. vbi dicit: cessionem & à * carceribus, & ab obstagij; liberare, vide sup. *quæst.4.n.41.in f.* Stamm.*n.16.*

Vlterius adhuc & quartò Ampliat sive producit Brun.*de cess.bon.q.3.princ.n.4.* quod
4. * etiam evitare possit carceres reus, quando juramento se obligaverat ad detentionem
5. personalem. Ratio * autem est: quia hoc beneficium cessionis ideò fuit introductum, ne judicati vel condemnati detrudantur in carcerem, Angel. Aretin. *ad §.f.n.1.inst.de action.* Hinc tradit Reyger. *in thesau. V. carcer. num.*
6. *64.* * cautelam talem: quod incarcerandus pro debito Judici omnia sua bona vendenda offerat, & si emptor non inveniatur, ipse sit excusatus.

LIMITAT tamen Coler. *n.125.* vt non pro-
7. cedat de Jur. Saxonico * provinciali, secundū quod debitores non admittuntur ad flebile & miserabile cessionis beneficium, Wesenb. *in parat.n.3.de cess.bon.*

8. LIMITAT secundò Bald. si statutū * sit super instrumētis guarentigiatis, vt mandentur execu-

executioni, etiam per carceratione͂ personæ, quod tunc debitores nõ audiantur, offerendo bonorũ cessionem, Coler. *n. 126.* vbi rationem reddit: quia * statuta ad vngue͂ & præcisè sunt 9.
servãda, & quidem strictiùs, quam pacta; vide tamen distinguentem Brun. *q. 3. n. 4.* Plures alios & quidem 30. casus, quibus cessio non habet locum vid. *decad. 2. q. 8. per tot.*

SECUNDO incarcerari * non possunt il- 10.
li, qui offerunt pro debito in solutum prædium aliquod immobile ex suis bonis melioribus, *argt. §. quod autem de cætero 3. V. rerum verò datio*, vbi Bart. *Novell. de fidejuss. argt. L. ejus à quo 16. cum Auth. seq. C. de solut.* Coler. *p. 1. c. 6. num. 114.* Joan. Herm. Stamm. *dict. num. 24. vid. inf. decad. 2. quæst. 9. per tot. maximè num. 17.* Matth. Brun. *quæst. 34. quart. quæst. pr.* vbi limitat. Rationem reddit Angel. Aret. *§. f. n. 2. inst. de action.* quia nullus pro debito civili debet * carcerari, nisi in subsidiũ, quan- 11.
do constat, quod non habeat bona, de quibus possit creditoribus satisfieri. Conferantur ea; *quæ supra in q. 6. requisito 5. dixi.* Rationem aliam reddit Coler. *num. 115.* quia cum * credi- 12.
tor accipiat suum ex venditione rei immobilis, non habet, quod conqueratur. Ampliat hoc primò Coler. *n. 127.* vt per hoc remedium * offerendo bona immobilia, vel vnam rem 13.
meliorem de suis bonis, aut alia pignora ad

valo-

valorem æris alieni aſcendentia, (*vide decad. 2.q.9.n.45.*) evitare quoq; poſſit adjudicationem Juris Saxonici ad manus creditoris, non
14. obſtante, quod Creditor invitus * aliud pro alio in ſolutionem accipere non cogatur, *L.2. §.mutui datio ff.ſi cert.pet.vid.inf.q.8.n.41.* Et quamvis aliqui putent, quod debitor poſſit capi & carcerari pro debito, niſi bonis cedat, etiamſi habeat ſufficientia bona mobilia ad debitum exolvendum, *per tex.in L.1. Cod. qui*
15. *bon.ced.poßint*, vbi indiſtinctè dicitur, quod * condemnati non ſolventes detrudantur in carcerem, niſi bonis cedant, & ſic videatur ab ordine executivo D. Pij quodammodò receſſum: (*vid.inf.decad.2.q.2.n.78.*) tamen de jure
16. noviſſimo * nemo poteſt carcerari, ſi vult dare in ſolutum rem aliquam de melioribus, quas habet, juxta formam *d.§.quod autem, & Auth.hoc niſi C.de ſolut.* Angel. *loc.cit. inf. vid. decad.2.q.9.n.48.*

17. LIMITA dummodo * prædia oblata ſint ſufficientia, vel res creditori vtiles futuræ offerantur, Coler. *num.129.* de quo in ſecunda decade.

18. TERTIO carcerem * is quoq; vitare poterit, qui in caſu deficientium bonorum offert nomina debitorum certa & idonea, vel exigibilia, *vid.decad.2.q.2.n.44.cum ſeqq.* Coler. *loc. cit. n.130.* vbi idem dicit eſſe in adjudicatione

ad ma-

ad manus, & addit rationem: quamvis enim aliquam * dilationem habeant, tamen iſta 19.
mora modici temporis non debet haberi in consideratione, neque enim eſt magnum damnum in mora modici temporis *per L.21.ff. de judic*: ex quo namque hoc beneficium iſto casu reportat creditor, quod per receptionem nominum, ſaltem poſt tempus conſequetur ſuam ſatisfactionem, licet tardiùs, multò ſatiùs ipſi eſt, huic remedio acquieſcere, quàm illo ſpreto debitorem incarcerare, *confer ſup. q.1.n.26.& 27.decad.2.q.8.n.74.& 75.q.9.n.118.*
Rationem aliam reddit *n.131.*quia * ſolvendo 20.
etiam is intelligitur, qui habet nomina debitorum ſaltem idonea & exigibilia, *vid.inf.decad.4.q.1.* Ampliat id.ibid.etiamſi ex vi pacti vel ſtatuti aliquis incarcerari poſſet.

Quartò relaxari debent illi, * qui præſtant 21.
cautionem ſatisfaciendi, *vid.ſup.q.5.n.33.& 44.inf.q.8.n.29.decad.2 q.2.n.16*; Bald.*in tract. de carcer.c.2.inf.* Gail.*1. obſ.26.n.f.* vbi dicit: captivus in cauſa civili datis fidejuſſoribus meritò relaxari debet, quò facit *tex. in L.fidejuſſor.7.§.f.ff.qui ſatisd.cog.L.f.§.Labeo ait*, ibi: non cogi judicium accipere, qui reum locupletem offerat *ff.ſi cert.pet.*& ſolvendo * etiam 22.
dicitur, qui habet fidejuſſorem idoneum, *L.ſi plures.27.§.f.ff.de fidejuſ. vid.ſup. quæſt.6.n.27.*
Doctrinam ſuam repetit Gail. 2. *de PP. 2.n.8.*

L vbi

vbi in fine dicit: videmus quotidie debitores morosos carceribus mancipari, donec solvant, vel idoneè * de futura solutione caveant, adde Joan. Herm. Stamm. *loc. cit. num. 24.* Reyger. *in thesau. v. Carcer. n. 35. inf. & n. 53. & n. 57.* idem Reyger. *num. 61.* dicit incarcerando fieri injuriam, si non admittatur carceratus ad fidejussores *id. n. 63.* vide Menoch: *de arbit. jud. quæst. cent. 4. cas. 303.* vbi longâ serie & accuratè enarrat, quando carcerati datis fidejussoribus è vinculis relaxari possint. Et quamvis Coler. *p. 1. c. 6. n. 134. cum seqq.* in contrarium inclinet, & ad textus allegatos respondeat, tamen *n. 136. cum seqq.* suadet creditori, vt accipiat potiùs idoneos fidejussores, qui de solutione futura ad modicum tempus spondeant. Sed Gailius tàm parùm dubitat de veritate doctrinæ suæ, vt illam producat &

23.

AMPLIET primò: quod si quis ex causa civili * carceri mancipatus sit, & offerat idoneam cautionem, quod relaxatio parti adversæ sub pœnâ mandato insertâ injungi possit, Gail. *1. obs. 78. n. 2.* idem *1. obs. 17. n. 1.* quemadmodum fuisse testatur in Camera Imperiali Joan. Herm. Stamm. *l. 1. de serv. pers. lib. 1. c. 4. num. 17.*

24.

AMPLIAT secundò: vt mandata de relaxando sine clausula decernantur, si Dominus ex causa civili * subditos contra oblatam

25.

cautio-

cautionem in carceres miserè detrudat, *per text. in L. 4. §. si sub conditione ff. de fideicom. libertat. idem repetit. 1. obs. 26. num. 2. & 10. item 2, obs. 44. num. 9. & 2. de PP. c. 2 num. 8 cum seqq.*
licet aliàs * mandata sine clausula regulariter 26.
non valeant. *id. 1. obs. 13. in pr. id. 1. de PP. c. 5. in pr.* Et confirmatur inde: quia etiam in levibus * delictis, & vbi agitur de pœna non cor- 27.
porali, sed pecuniaria, carceratus est relaxandus sub fidejussoribus, *L. Divus in pr. ff de custod. reorum*, de quo tamen videatur ad longum Farinac. *de carcer. & carceratis. q. 33. per tot.* Gail. *rem sivè d. obs. 26. n. f.* Myns. *1. obs. 79. n. 4.* Hartm. *tit. 50. obs.* Nicol. Vigel. *M. I. R. l. 1. c. 9. reg. 23. except.* vbi multis modis limitat. Reyger. *in thesau. v. captura num. 30. vide ad hoc propositum etiam* Nicol: Boër. *decis. 349.* vbi disputat, * an admittatur ad cautionem Jura- 28.
toriam, qui carcere dimitti petit, si non possit idoneè satisdare, vbi etiam multa habet de muliere, & Clerico incarceratis. Hactenus de illis qui ratione causæ præsentis incarcerari nequeunt. Sequuntur nunc personæ, quas sui intuitu, & quatenus tales sunt, ex causa civili incarcerare non licet. Itaq;

QUINTÒ infans * incarcerari non potest, 29.
Brun. *q. 3. quartæ quæst. princ. num. 7.* quemadmodum nec furiosus & alij, qui defectu ju-

dicij laborant, Stamm. *loc. cit. n. 23.* neq; impubes. *id. ibid. num. 11.* Colerus *p. 2. c. 3. num. 259.* etiamsi sit doli capax, Brun. *loc. cit.* per rationem: quia nec minor 25. annis, qui plus est, quam doli capax pro privato debito carcerari potest, tantò minus poterit impubes doli capax, *ibid. n. 13. vid. inf. decad. 2. q. 8. n. 79.* & Coler. *loc. cit. n. 260. & 261. vbi in adulto & minore dissentit, sed contrariam opinionem communem dicit p. 2. c. 3. n. 261. nov. edit.* Ratio autem vtriusq; est ista: quia carceratio fieri non debet, nisi
30. cum quis est * contumax, ita quod contumaciter cesset solvere, & sic requiritur quod contumacia præcedat *L. nemo carcerem. C. de exact.*
31. *trib.* minor autem * verè contumax constitui non potest, *id.* Brun. *ibid. n. 14. & n. 20.* Coler. *d. c. 3. n. 390. vid. sup. q. 5. n. 63.* vbi Rationem re-
32. peries. Infert proinde Brun. *n. 17.* quod * missionem & bonorum venditionem, non autem carcerationem pati debeat, vid Coler. *d. c. 3. num. 419.* quia per missionem & venditionem non læditur minor, cum debito satisfiat, & si læderetur, contra curatorem, qui creditori non solvit, cum potuit, recurrere posset, *L. 3. §. pen. ff. de suspect.* vide tamen limitantem Brun. *n. 20. & 21.* Idem ijsdem ferè verbis tenet Angel. Aretin. *ad §. f. num. 2. inst. de action.* Sed Bald. *in tract. de carcer. c. 1. n. 4.* intrepidè tenet,
33. quod etiam pupillus * pro debito civili pos-

sit

ſit incarcerari, ſi ſit doli capax. Emanuel. Soarez. *comm. opin. lit. M. n. 161.* dicit, nihil impedire, quin minor annis pro debito in carcerem detrudatur. Caccialup. & poſt eum Vivius *l. 1. minor non poteſt.* admittit limitationem in minore filiof. quod non poſſit incarcerari, ſed Soarez. *n. 162.* contradicit, & putat incarcerandum eſſe, etiamſi ſit filiusf. cum vtrobiq; eadem Juris ratio verſetur.

SEXTÒ capi & incarcerari tantùm * poſſunt plebei & viliores, ſecus perſonæ in dignitate conſtitutæ *t. in L. tutor. 5. §. qui pecuniam 16. ff. de ſuſp. tut. ſuprà q. 4. n. 13.* Coler. *p. 1. c. 6. n. 146.* Nec obſtat, quod olim etiam viri primarij, qui ſolvendo non erant, in carcerem fuerint ducti, ſicut Valer. Maxim. ſcribit *l. 4. c. 1,* Scipionem Aſiaticum, cum judicatæ pecuniȩ ſatisdare non poſſet, in carcerem à Conſulibꝰ duci juſſum eſſe, quia ad hoc bene reſpondet Hotom. *q. 26.* probabilius eſſe, publici judicij damnationem illam fuiſſe. Cum itaq; inter digniores numerentur, * Doctores, *c. quando. Extra. de Magiſtr.* ideo ob debitum civile carcerari nequeunt *L. medicos 6. vbi Doctores C. de Profeſſ. & Med. l. 10.* Brun. *de ceſſ. bon. q. 10. quartæ quæſt. princ. n. 3. & 7. & q. 11. n. 16.* Bald. *in tract. de carcer. c. 1. n. 4.* Jul. Clar. §. *f. q. 28. V. item quæro.* Farinac. *de carcer. & carcerat. q. 27. n. 7.* Joan. Herm. Stamm. vbi extendit ad Do-

34.
35.

ctores Theologiæ, Juris & Medicinæ, *loc. cit. n.20.* Wesenb. *conf.50. n.20.* Ratio secundum
36. Coler. *num. 146.* quia * Doctores & similes sunt privilegiati, vt nequeant exigi, nisi in quantum facere possunt, ideò pro debito civili capi & carcerari non debent, vid. eund. Coler. *p.2. c 3. num. 157.* vbi *num. 153.* aliam Rationem reddit: quia si bona ad causam studij pertinentia non possunt capi (vt dicetur inf. *decad. 3. q. 4.*) multò minus ipsi Doctores, Advocati & studiosi per illud vulgatum: propter quod vnumquodque tale, illud magis tale, *auth. multò magis. C. de Episcop. & cler.* Rationes alias pete ex *quæst. 8. num. 28. decad 3. quæst. 1. num. 78. vid. sup. quæst. 4. num. 13. decad. 2. q. 1. num. 127.* Et hanc Doctrinam Colerus *loc. cit.*
37. AMPLIAT primò, quod tales * personæ ne quidem obligare possint suum corpus ad compedes, idq; ratione dignitatis, in qua sunt constituti. &

AMPLIAT secundò Farinac. in vxore & filijs, *loc. cit. n.78.* & multis alijs casibus.
38. AMPLIAT tertiò * etiam in actu non legentibus. *n.83.*

AMPLIAT quartò, etiamsi renuntiaverit, *n. 84.* vide tamen apud eundem limitationes *num. 85. & n. 86.* quarum vna putatur esse, vt procedat in doctoribus actu legentibus, vel saltem

ſaltem advocatiam exercentibus, Coler. *num. 150. cum ſeqq.*

AMPLIA quintò: vt quamvis extet ſtatutum vel conſuetudo generalis, quod poſt lapſum ſolutionis terminum debitores in perſona ſiſti vel incarcerari poſſint, adhuc tamen Doctores (& clerici) incarcerari nequeant Coler. *d. p. 2. c. 3. n. 157.* Stamm. *loc. cit. n. 20.* vbi Rationem reddit.

Limita dummodo ſe contineant intra metas ſuæ vocationis. Coler. *l. cit. num. 136.* vbi exemplum adducit de Doctore juſtè arreſtato, qui relictâ ſua functione ſe ad mercantiam & cambia convertit, plures Limitationes generales vide inf. *poſt n. 83.*

SEPTIMÒ capi & incarcerari non poſſunt * milites armatæ militiæ ex cauſa æris alieni, 39. Brun. *q. 11. quartæ quæſt. princ. num. 6.* Coler. *p. 2. c. 3. num. 161.* Weſenb. *conſ. 50. n. 20.* Bald. *in tract. de carcer. c. 1. num. 4.*

Ratio prima: quia propter vnius privati creditoris creditum non debet reſp. poni in periculum, vid. inf. *decad. 2. q. 9. n. 3.*

Ratio ſecunda: quia parcitur ipſorum armis, *vid. inf. decad. 3. q. 4.* Ergo magis perſonis.

Ratio tertia: quia milites hoc privilegio gaudent, vt ſi bonis careant, minimè capiantur pro ære alieno diſſolvendo,

 do,

do, si quidem quatenus facere possunt, conveniendi sunt, *per L. miles, & L. item miles ff. de re judic.* vid Herm. Stamm. *loc. cit. n. 19. inf. & n. 20. inf. decad. 3. q. 1. n. 71.* Covarr. *variar. resol. l. 2. c. 1. n. 4.* quid si autem renunciaverint privilegio? vide eundem *c. quamvis. p. 2. in pr. num. 5. cum 4. seqq.*

40. OCTAVO an nobiles & illustres *non militantes incarcerari possint, dubitant DD. Quòd non possint, tenet *per L. 3. C. de commerc. & mercat. & per L. milites 31. C. locati.* Coler. *n. 146.* idem *p. 2. c. 3. n. 161. & 153. vid.* Wesenb. *cons. 50. num. 20. vbi ipsis privilegium competentiæ tribuit,* Marant. *de satisd. n. 20* Capyt. *decis. 154. n. 1. & 5.* Sed Covarr. *l. 2 variar. resol. c. 1. num. 4.* dicit: id jure Cæsareo dubium esse, neq; eos
41. habere militare privilegium, ne scilicet *conveniantur vltrà, quàm facere possunt, cum id nusquam expressum sit, licet DD. nonnulli illud eis privilegium tribuant, vt videbimus *infra. decad. 3. q. 1. n. 85. & seqq.*

LIMITATIONEM etiam tradit Covarr.
42. *loc. cit.* vbi dicit: apud Hispanos nobilem * in carcerem mitti, si debitum à criminis causa originem trahat, cujus rei ratio esse potest:
43. quia Reatus * omnem dignitatem excludit, *L. 1. C. vbi senat. vel clarissim.* controvertitur hæc ipsa quæstio apud Jul. Clar. *d. §. f. q. 46. V. scias autem.* vid. Coler. *de process. execut. p. 2. c. 3.*

num.

num.173. cum seqq. vbi *num. 177.* dicit: nobiles & in dignitate constitutos etiam pro maleficijs reg. non poni in carceribus subterraneis, sed vel in palatio, vel in loco editiore sub custodia militum, vel commentariensium. Idẽ *num.179.* subjungit: in materia carcerum, maximè in causis civilibus & pecuniarijs multũ deferri nobilitati. Quicquid sit, Multi certe nobilibus otiosis * negant, & concedunt 44.
tantum actu militantibus, Brun. *q.11. quartæ quæst. princ. num. 2.* Coler. *num.151.* vbi nobilibus istis concedit hoc privilegium, qui in hoc feudum * habent, vt in singula momenta re- 45.
quisiti comparere & militare cogantur, non illis, qui sua bona dissipando per plateas ambulant, tumultuando, potando, & helluando.

Nonò propter civile debitum nequeunt incarcerari * Clerici, non tantum per judices 46.
laicos, *c. si diligenti. c. significasti, v. nullus judicũ. c. quod clerici ext. de foro compet.* Coler. *p.2.c.3. n.158.* Sed ne quidem per Ecclesiasticos, vid. Stamm. *loc. cit. n.20.* Jul. Clar. *§. f. q.28. V. quæro nunquid, cum V. seq.* vbi distinguitur. Benedic. de Capra. *comm. opin. lit. D. n.4. inf.* adde Covarr. *l.2. variar. resol. c.1. n.9.* vbi dicit: cum adversus Clericum ob æs alienum agitur, Clericus ipse debitor nec capi, nec in carcerẽ mitti, neque cogi potest, vt bonis cedat, per rationẽ: quia non potest conveniri * nisi quatenus fa- 47.
cere

cere poteſt, Hieron. Gigas *de penſ. Eccleſ. q. 62. num. 21. vid. inf. decad. 3. q 1. num. 79.* deductis neceſſarijs alimentis, & ne in opprobrium ſtatûs Eccleſiaſtici cogatur mendicare, Covarr. *loc. cit.* Adde Farinac. *quæſt. 27. de carcerat. num. 65.* vbi rationem non abſimilem adducit : quia Clericus non tenetur cedere
48. bonis,* ſed admittitur ad juratoriam cautionem de ſolvendo ſuis creditoribus, quando ad pinguiorem fortunam pervenerit. Am-
49. plia etiamſi * jurâſſet ſolvere, vel tribus ſententijs fuiſſet condemnatus *id. ibid. vide tamen eundem n. 70.*

Amplia ſecundò : etiamſi clericus in caſu meræ ſuper non facta ſolutione ſeſe ad arreſtum vel incarcerationem expreſsè obligaſſet pro debito civili, tamen judici ſeculari manum in ipſum inijcere nequaquam licet, cum ſecularibus dictum ſit : nolite tangere Chriſtos meos Coler. *p. 2. c. 3. n. 160.*

Amplia tertio : vt quod de Clerico dictum, idem ſit in monacho, Marant. *p. 6. de exec. num. 43.*

LIMITAT tamen Farinac: primò in cleri-
50. co * in minoribus ordinibus conſtituto.
51. LIMITAT ſecundò in eo, qui * conatus fuit occultare bona, Farinac. *num. 71.* qui tradit etiam, quomodo executio in cauſa civili contra

contra Clericum fiat, *vid. inf. decad. 2. quæst. 8. num. 62.*

LIMITAT tertiò, vt hi de quibus dictum, capi tamen & incarcerari possint, si fugitivi * vel de fuga suspecti forent. Brun. *d. num. 16.* 52.
& q. 3. num. 17. V. videtur. Gail. *2. obs. 44. num. 2.* vbi exemplificat in clerico, qui potest capi à Laico, vt Judici suo præsentetur. Reyger. *in thesau. V. captura num. 25. & 26.* Farinac. *loc. cit. num. 71. vid. sup. quæst. 4. num. 36. q. 5. num. 135. q. 6. num. 14.*

LIMITAT quartò Benedict. de Capra *comm. opin. lit. D. n. 4. per c. 1. de deposito, & ibi gl. V. quæstionibus,* vt clericus * quoque incarcerari possit, saltem ad effectum compellendi 53.
eum ad satisfactionem, idq; intrepidè etiam tenet Farinac. *q. 27. de carcer. n. 72.* vbi tamen dicit, magis * temperatè & cum majori deliberatione procedendum *n. 75.* & sunt, qui di- 54.
cunt, non aliter procedere, nisi de fuga sit suspectus, quod an verum sit, vide Farinac. *n. 76.* vide etiam Hartman. Hartmanni *pract. obs. l. 2. obs. 4. per tot.*

Limita quintò: nisi clerici relicto habitu clericali intra metas vocationis suæ se non contineant vid. Coler. *p. 2. c. 3. num. 162. & 167. cum seqq.*

DECIMÒ incarcerari nequit, * mulier honestæ vitæ pro debito civili, *per L. 1. junctâ* 55.

Auth.

*Auth.C.de off.divers.judic. Auth. hodie novo Iure C.de custod.Reorum.text.in Nov. vt nulli judicū. 134.c.necessarium.*Gail.*2.obs.90.num.3.*Farinac. *q.27.de carcer.num.42 cum seq.*vbi multis ampliat & limitat, Greg.Tholos.*c.9.n.1.l.22.Syntagm.*Bald.*in tract.de carcer.c.1.n.3.*Benedict. de Capra.*comm.opin.lit.D.num. 4.inf.* & con-
56. tra faciens * acriter punitur, Angel.Aretin. *ad §.f.n.2.inst.de action.*Coler.*de process.execut. p.2.c.3.num.199.& p.1.c.6.num.189.* vbi id dicit
57. fieri propter periculum * pudicitiæ, quod vertitur cum ea, quæ cōstringitur in loco aliquo solitario, *d.Nov.134.c.9.* Oldendorp.*in locis comm.act.divis.14.n.f.* ne detur occasio violandæ castitatis, alia ratio est privilegium sexûs *inf. n.67.* vid Joan.Herm.Stamm.*loc.sup.cit.n. 22.& sup.quæst.5.n.48.*
58. AMPLIATUR primò: etiamsi debitum * esset fiscale, *text.in d.Nov.134.c.9.* Angel.*loc. cit.*Vivius *comm.opin.V.carcerari n.1.* Farinac. *loc.cit.n.43* Oldendorp.*loc.cit.*
59. AMPLIATUR secundò: etiamsi * pacto se obligâsset ad carceres, Coler.*loc.cit.*
AMPLIATUR tertiò: etiamsi recuset bo-
60. nis * cedere, Coler.*loc.cit.* Wesenb.*n.3.in f.ff. d.cess.bon.*Matth.Brun. *q.1. quæstionis quart.pr. n.1.*vbi ait; hoc procedere, non quidem de Ju-
61. re Codicis, sed de jure Novell. *§.necessarium. Auth.vt nulli Iudici.Auth.sed hodie. C.de off. divers.*

verſ. judic. Auth. hodie novo jure C. de cuſtod. Reorum. Guido Papæ *deciſ.236.n.2.* vid. Stam. *loc.cit.* & ſup. *q.5.n.48.*

AMPLIA quartò, etiamſi * bona defecerint, Covarr. *l.2.c.1. variar. reſol.n.3.* 62.

AMPLIA quintò, vt nec * pro quolibet crimine commiſſo poſſit incarcerari, *dict. Novell. 134. c. 9.* vbi plures ampliationes reperire eſt. Vivius *loc. cit.* adde Jul. Clar. *§.f.q 28. V. quæro igitur.* Boër. *deciſ.349.n.5. V. ſi verò aliud, & n.11. V. reſpectu verò mulieris*, ſed Covarr. *l.2. variar. reſol.c.1. num.3.* reſtringit, * dummodò debitum causâ criminis contractum non fuerit. 63. 64.

CONFIRMATUR: quia citatio * realis in muliere non habet locum, Gail. *1. obſ 48.n. 14.* atqui * carcer eſt ſpecies citationis realis, vt ſuprà dictum. Ergò: 65. 66.

LIMITATUR tamen primò in muliere * infami, vel impudicam vitam eligente, quo caſu cum ſe privilegio ſexûs indignam reddiderit, ad inſtar viri in carcerem, vel aliam cuſtodiam mitti poteſt, *per L. quoniam. C. de cuſtod. reor.* Bald. *in tract. de carcer. c.1.n.3.* Matth. Brun. *q.1. quartæ quæſt. princ. n 3.* Coler. *p.2.c.3. num.199.* Stamm. *loc. cit. num.22.* Etiam pro civili debito *per Auth. hodie novo jure C. de cuſtod. Reorum.* adeoq; tam in civili, quàm criminali cauſa, Farinac. *loc. cit. n. 55.* 67.

SUB-

68. SUBLIMITA: dummodò * separetur à viris, *per L. 4. C. de custod. Reorum.* Reyger. *in thesau. V. carcer. n.63. inf.* Farinac. *num. 59.* Stamm. *d.n.22.*

SUBLIMITA secundò: nisi nupta sit. Soarez *lit.M.num.254.* Reyger. *in thesau. V carcer. num.39.* Farinac. *num.56.57. & 58.* vbi distinguit, tunc enim in honorem matrimonij carcerari non debet, Stamm. *d.n.22.*

69. LIMITATUR secundò in muliure * tutrice liberorum, quę renunciavit Senatusconsulto Vellejano, alijsque beneficijs, pro isto sexu proditis *juxta Auth. matri & aviæ C. quando mulier. tut. off. §. quia verò multùm Auth. vt sine proh b. matres.* Bald. *in d. tract. de carcer. c.1. num.3.* post Bart. *in L. si quis sub conditione ff. testam. tut.* Coler. *p.2. c.3. num.201.* Pet. Peck. *de jur. sist. c.5. num.14.* Farinac. *loc. cit. q. 27. num. 61. 62. 63* vbi controvertit, & in contrarium inclinat, Nicol. Boër. *decis.349. num.11.* Matth. Brun *loc. cit. num.2.* nam per illam renunciationem fœminæ rediguntur ad jura masculorum, Coler. *loc. cit. num. 201.* Gail. *2.*
70. *obs. 90. num. 4.* vbi dicit: illud pupillorum * favore receptum esse. Vivius *comm. opin. V. carcerari num.3.* Si autem non renunciasset, idem esset in matre, quod in alijs mulieribus,
71. quia mater * etiam ob administrationem tutelæ habet privilegium, ne conveniri valeat,

leat vltrà, quàm facere possit. *vid. inf. num. 86. decad.3 q.1.num.14.* Covarr. *loc:cit.num.2.& num.3.* vbi dicit : Si limitatio procedat, eam procedere, non tantùm propter favorem filiorum, sed etiam propter renunciationem, quod tamen ipse difficulter admittit, quemadmodũ plures alij per Rationem : quod vbicunq; aliquod privilegium est introductum propter honestatem personæ aut sexus, illud non possit tolli per renunciationem. vid. Herman. Stamm. *d. num. 22.* vbi vult per renunciationem tolli beneficium SC. Velleja-ni, quod tanquam mulier, non etiam beneficium competentiæ, quod habet tanquam parens.

LIMITA tertiò : * nisi consuetudo vel statutum esset in contrarium, vt etiam mulieres incarcerentur, Vivius *loc.cit.num.2.* Stamm. *d.n.22.* Gothof. *ad Nov:134. c.9. lit. n.* quemadmodum de tali consuetudine testatur. Jul. Clar. *§.f.q.28. V. quæro igitur*, non quidem in civilibus, sed saltem in criminalibus, Soarez. *comm. opin. lit. M.num.255.* Farinac. *quæst.27. de carcer.num.53.* vbi dicit : in crimine gravissimo indistinctè carcerari, adde Boër. *loc.cit.n.11.* 72.

Sublimita primò : ita tamen, vt à * viris 73.
sejungantur, ibidem, adde Nicol. Boër. *decis. 349.n.6.* vbi dicit in Francia sic practicari.

Subli-

74. Sublimita ſecundò: vt hac tamen * in re parcatur mulieribus gravidis. Guido Papæ. *decis.445.n.5.*

75. Sublimita tertiò: vt tamen mulier * ſuppoſitâ etiam ſimplici conſuetudine, non debeat includi carceribus iſtis ludicris, quos appellare vulgò ſolemus die Narrenhäußlein.

76. Vnde meritò reprehendendi nonnulli acerbi judices, qui ob cauſas levidenſes puellas & viduas ſimili cuſtodiæ intrudunt, cum ipſi jam antè ei carceri videantur incluſi, de quo mo-

77. rio * quidam, quando Dominus ipſius eum propter admiſſa volebat ad carcerem ineptorum (vulgò in das Narrenhäußlein) amandare, ſæpe numero dictitare ſolebat, ſe jam antè eidē inexiſtere. Adhuc duas alios limitationes, quibus mulieri manus injici poſſe putant, refert Joan. Herm. Stamm. *loc. cit. n. 22.*

78. UNDECIMO. Eſt etiam debitor * dimittendus imminente periculo mortis, vt curam animæ ſuæ agere poſſit, cum ſalus morituri cuiq; cauſæ pecuniariæ præferri debeat. Co-

79. ler, *p.1.c.6.n.102.* vbi monet * attendendum tamen eſſe, ne ſit morbus ſimulatus, vel in caſu reconvaleſcentiæ debitor ſeſe ſubtrahat.

80. Imò infirmos gravi infirmitate, etiamſi * de crimine agatur, nō debere carcerari, ſed aliàs cuſtodiri, tradit Farinac, *de carcer. & carcerat. q.27. n. 87.*

DUO-

DUODECIMO: Senes, * quamvis non sint omninò liberi à carcere, tamen vt ratio aliqua ætatis habeatur, non sunt arctiùs detinendi, sed solùm arrestandi in domo Prætoris. Octav. Cacher. *decis. Pedemont. 123. num. 4. vide sup. quæst. 4. n. 24.* 81.

DECIMO TERTIO: Generaliter loquendo, * qui habet privilegium, ne conveniatur vltrà quàm facere potest, non debet mitti in carcerem, per tradita supra *n. 36. 47. 71. vid. q. 5. n. 47. decad. 2. q. 8. n. 82. & quæst. 1. num. 123. cum seqq.* Joan. Oldendorp. *in loc. commun. action. in 14. divisione n. 28.* vbi rationem reddit: sicut per actiones non possunt prædictæ personæ ad extremam inopiam redigi, ità multò minus detrudi possunt propter debitum civile in carcerem, vt sic eis, quod habet, extorqueatur. Ex quo Infert Joan. Herm. Stamm. *loc. cit. n. 19.* quod parentes, patronus, patrona, socer, socrus, maritus & vxor in judicio dotis, vel alio civili contendentes, socius ex causa societatis conventus, donator, & similes à carceris periculo tuti sint. Ratio quia hi omnes beneficio competentiæ gaudent, vt videbimus *decad. 3. q. 1.* Nec quidquam adversus hæc valet statutum, aut consuetudo admittens debitores, donec solvant, retineri publicâ custodiâ, quia secundùm naturalem rationem sunt interpretanda ex jure civili, vt prædicti 82.

excipiantur, adde Matth. Wesenb. *num. 3. in ff. quod cum eo*: Matth. Brun. *de ceß. bon. q. 20. quarta quæst. princ. num. 1.* Covarr. *variar. resol. l. 2. c. 1. num. 4. vers. fit tandem.*

Ratio secundum Joan Herman. Stamm. *num. 20.* quia per generalem legem nunquam particularium personarum privilegijs derogatum esse censetur. Hæc de ijs, qui privilegium competentiæ habent, qui proinde carcerari nequeunt, vid. Covarr. *loc. cit.* vbi di-
83. cit: à contrario * verò non sequi, eum, qui non potest pro ære alieno in carcerem duci, habere statim privilegium, ne conveniatur vltrà, quàm facere possit.

Plures alios casus, in quibus aliquis ob debitum civile incarcerari nequit, recensere possem, sed quia terminos mei instituti fermè egressus sum, ideò reliquos taceo, & me ad propositam meam materiam confero.

Vnum solum in gratiam studiosorum addo, quod nec ipsi propter civile debitum possint incarcerari, *per text. in auth. habita. C. ne filius pro pat.* Coler. *p. 2. c. 3. num. 153.* Joann. Herm. Stamm. *loc. cit. num. 21.* Ratio: quia si parcitur illorum libris, vt dicam *decad. 3. q. 4. num. 21.* & rebus ad studia necessarijs, cur non ipsis personis? *vid. decad. 2. q. 9. n. 4.* Coler. *d. n. 153.* vbi *n. 172.* duas alias rationes adducit. Id tamen

Limi-

Limitandum puto: nisi pecunias à parentibus submissas turpiter prodigant, tunc enim non tam propter debitum civile, quam propter prodigalitatem & malitiam suam rectè incarcerari posse existimo.

Tres alios casus, quibus Scholares, milites, Doctores, clerici, & reliqui privilegiati incarcerari possunt, refert Joan. Herm. Stam. *num. 21.* videlicet, si debiti non solvendi causâ tales fiant: si secum contrahentibus falsò persuadent, se tales non esse, vel creditores aliàs ad secum contrahendum dolosè inducunt: si de fuga instanti suspecti sunt.

Ratio communis est hæc: quia jura non decipientibus, sed deceptis subveniunt, & quia dolus suus nemini prodesse debet. per vulg:

SVMMARIA.

84. *Debitores moderni calamitate bellicâ depauperati non possunt propter debita incarcerari.*
85. *Debitores moderni calamitosi gaudent privilegio competentiæ.*
86. *Beneficium competentiæ habentes incarcerari non posse demonstratur exemplis.*

87. *Argumentum à beneficio competentiæ ad incarcerationem valet negativè, & affirmativè. num. 88.*

88. *In solidum obligatus, nisi solvat, incarcerari potest, demonstratur exemplo.*

89. *Debitores moderni cogi non possunt, vt cedant bonis.*

90. *Argumentum à cessione bonorum ad incarcerationem valet affirmativè, & negativè.*

91. *Qui non cogitur cedere bonis, non potest incarcerari.*

92. *Exemplum in impubere.*

93. *Qui carcerari non potest, non cedit bonis.*

94. *Exemplum in Infante & Doctore 65.*

96. *Qui carcerari potest, bonis cedere cogitur.*

97. *Qui cedere bonis non potest etiam volens, is incarcerari potest.*

98. *Exemplum in eo, qui in fraudem creditorū bona sua alienavit.*

99. *Exemplum in muliere, dolosè dotem, quam non habet, promittente.*

100. *Exemplum in muliere tutrice renunciante Vellejano, & omnibus beneficijs.*

101. *Incarceratio est modus adigendi debitorem ad cessionem bonorum.*

102. *Habito fine & effectu, media suâ sponte corruunt.*

103. *Debitores moderni non coguntur in solutum dare suam substantiam immobilem, ita exigente æquitate.*

104. Pæ-

104. *Pœna quævis corporalis gravior censetur pecuniariâ.*
105. *Carcer evitari potest per cessionem bonorum.*
106. *Cessio per dationem in solutum.*
107. *Si vinco vincentem te, multò magis vinco te.*
108. *Privilegium habentes ne bonis cedant, vel bona immobilia in solutum dent, perinde habentur, atq; si cessissent, vel bona in solutum dedissent.*
109. *Incarcerationis causa finalis.*
110. *Debitores moderni calamitosi puniri non possunt.*
111. *Pœna non est sine delicto.*
112. *In Debitoribus modernis causa finalis incarcerationis cessat.*
113. *Vtilitas præsentis quæstionis.*
114. *Digressio ad futuras quæstiones.*

CONCLVSIO.



His igitur fundamentis præsuppositis sponte se prodit

DECIMÒ quartò, Conclusio hæc; quod * debitores moderni, calamitate bellicâ depauperati incarcerari propter debita non possint, non tantum illi, qui prorsus nihil habent (per ea, quæ tradidi su- 84.

prà conclusione secundâ *q.5.*) Sed ne illi quidem, qui bona adhuc habent immobilia, agros v. g. steriles & incultos, domos ruinosas, & similia alia.

RATIO hujus conclusionis est primò
85. ista: quia debitores * moderni conveniri & excuti non possunt, nisi eatenùs, quatenùs facere possunt, quemadmodùm infrà decad. 3. quæst. 2. ad longum demonstrabo. Ergò neque carcerari. Sequela probatur ex regula
86. præcedente, & ab exemplis: * mater beneficio gaudet, quod nõ excutiatur in plùs, quàm facere potest, *vt est text. in L. sunt qui in id. in f. ff. de re judic. vid. sup. num. 71. decad. 3. q. 1: num. 12. & 14.* Ergò carcerari non potest, Matth. Brun. *q. 1. quartæ quæst. princ. num. 2.* Maritus conveniri aut excuti non potest, nisi quatenùs facere potest, *vt est text. in l: maritum. vbi DD. ff. solut. matrim. L. Patronus L. non tantùm cum L. seq. ff. de re judic. vid. inf. decad. 3. quæst. 1. num. 45.* & sic carcerari non potest, Matth. Brun. *q. 20. quartæ quæst. princ. num. 1.* Filius ad dotis restitutionem matri non tenetur, nisi quatenùs facere potest. Ergò mater non potest petere filium pro dote carcerari, Brun. *q. 26. quartæ quæst. princ. n. 3.*

87. Et hic * modus argumentandi à beneficio competentiæ ad carcerationem negativè, videlicet: habet beneficium competentiæ,

vt in

vt in solidum non teneatur, Ergò carcerari non potest, est valdè frequens apud DD. (*vid. inf. decad. 2. q. 1. num. 124. cum seqq. vbi simile argumentum ductum à beneficio competentiæ ad cessionem bonorum, præsertim num. 134.*) quemadmodum & alter in contrarium, sive affirmativè hoc modo conceptus: In solidum * tenetur, ergò nisi solvat, neque bonis 88.
cedat, incarcerari potest. Sic in multis casibus reperitur, quod maritus in solidum teneatur; Ex quo infert Brun. *q. 20. quartæ quæst. princ. num. 1.* eum incarcerari posse. In specie verò n. 9. exemplificat in eo, qui non est verè maritus, sed putativus, nam talis non gaudet beneficio, ne conveniatur vltrà quàm facere possit, sed in solidum tenebitur, & sic incarcerari poterit, *per text. in c. 1. v. totam extra. de donat. inter vir. & vxor.* Plura exempla passim apud Brun. reperire licet.

RATIO secunda: debitores * moderni co- 89.
gi non possunt, vt bonis cedant, *quemadmodū infra q. 1. decad. 2, ostendam.* Ergò neque incarcerari possunt; hic enim modus * argumen- 90.
tandi à cessione ad incarcerationem, & ab incarceratione ad cessionem, affirmativè & negativè est receptus.

NEGATIVE hoc modò: cogi * non pot- 91.
est ad cessionem, sive non cogitur cedere bonis; ergò nec carcerari potest pro tali debito,

92. Brun. *q. 33. quartæ quæst. princ.* ſic in ſpecie * impubes doli capax bonis cedere non cogitur, ergò nec carcerari poteſt, Brun. *q. 3. quart. quæſt. princ. n. 13. in f. & n. 14.* Et vice versâ ſic
93. argumentari ſolemus: Carcerari * non poteſt, conſequenter nec cedit bonis, alioquin ſi in carceribus detineri poſſet, bonis cedere cogeretur, *vid. inf. decad. 2. q. 1. n. 111.* Brun. *quæſt. 33. quartæ quæſt. princ. n. 3.* & ita argumentari dicit Bald. *in L. liber captus inf. C. de poſtlim. re-*
94. *verſ.* Infans * carcerari non poteſt, ergò bonis cedere non poteſt, Brun. *q. 3. quart. quæſt. princ. n. 7.* Capi & carcerari non poſſunt Doctores,
95. * igitur nec cedunt bonis, Brun. *q. 10. quartæ quæſt. princ. n. 7.*

AFFIRMATIVE quoque ſolemus, à carceratione ad ceſſionem in hunc modum ar-
96. gumentari: * carcerari poteſt, ergò ad evitandos carceres bonis cedere cogitur. Brun. *q. 33. quartæ quæſt. princ. n. 3. vid. inf. decad. 2 q. 7. num. 114.*

Non infrequens eſt etiam modus argumentandi à negatione ceſſionis ad incarce-
97. rationem, hac ferè formâ: cedere non * poteſt, etiam volens, ſive ad ceſſionis beneficium non admittitur, ergò incarcerari poteſt. *vid. decad. 2. quæſt. 8. num. 3. & per tot. vbi*
98. *plures reperiuntur, qui cedere nequeunt.* * Exemplum in eo, qui in fraudem bona ſua

mali-

malitiosè alienavit, tradit Brun. *de ceff. bon. q. 28. quartæ partis princ. num. 1. vid. decad. 2. quæst. 8. num. 35. & 37.* Sic si vxor * tempore pro- 99.
missionis dotis in dolo fuisset, cum sciret se dotem promissam solvere non posse, ad cessionis beneficium ob ejus dolum non admittitur, *vid. decad. 2. q. 8. n. 28.* ergò carcerari poterit, Matth. Brun. *de ceff. bon. q. 21. quarta quæst. princ.* saltem de jure Codicis, *idem q. 1. quartæ quæst. princ. n. 1. vid. sup. n. 61.* Si mulier * susci- 100.
piendo administrationem tutelæ renunciasset Vellejano & omni alij auxilio, cedere non posset, ideò tunc carcerari posset, saltem de jure Codicis, Brun. *q. 1. quartæ quæst. princ. n. 2. vid. sup. n. 69.*

Confirmatur hæc secunda ratio etiam in- 101.
de: quia * volunt incarcerationem esse modum adigendi debitorem ad cessionem bonorum, sive medium perducendi eum ad illud extremum; si igitur ad extremitates illas compellere eum non possumus, ad quid me-
dia adhibemus? sicut enim * habito fine & 102.
effectu, media suâ sponte corruunt, *argt. § sed si suspecti inst. de suspect. tut. argt. § f. inst. de perpet. & temp. act.* ita si finis obtineri non potest, omnia media superflua & supervacanea existunt.

RATIO TERTIA: debitores * moderni 103.
calamitate bellicâ depauperati (æquitate

ſuadente) cogi non poſſunt, vt dent ſuam ſubſtantiam immobilem in ſolutum, quemadmodum infra decad. 2. quæſtione 9. oſtendam, Ergò etiam incarcerari non poſſunt. Sequela probatur primò, minùs eſt in ſolutum dare immobilia, quàm incarcerari, minùs detrimẽtum pati in ſubſtantia ſua, quàm in corpore, *argt. L. in ſervorum 10. inf. ff. de pœ-*
104. *nis*, ex qua DD. deducunt, quod quævis * pæna corporalis gravior cenſeatur pecuniariâ, Ergo ſi debitores moderni vrgeri non poſſunt ad minus, cur pateremur eos adſtringi ad id, quod eſt longè majus, in eodem genere, videlicet executionis?

105. Probatur ſecundò: ſicut carcer * evitari poteſt, per ceſſionem bonorum, *L. 1. C. qui bon.*
106. *ced. poſſ. vid. ſup. q. 7. num. 1.* ita ceſſio * bonorum evitari poteſt per dationem in ſolutum, *argt. c. quod autem. Novell. 4. de fidejuſſ. vid. inf. decad. 2. q. 9. num. 17.* ergò ſi is à carceribus liberatur, ſive carcerem ſuperat, qui à ceſſione liber eſt, multò magis liberabitur & ſuperabit, qui à datione in ſolutum liber eſt, *per text. in L. de acceſſ. 14. §. et ſi 3. ff. de diverſ. & temp.*
107. vbi dicitur: * nam qui me potior eſt, cum ego te ſuperaturus ſim, multò magis adverſus te obtinere debet.

108. Probatur tertiò: ſicuti illi, * qui bonis cedere non coguntur, perinde habentur

(quoad

(quoad effectum incarcerationis) atque si jam cessissent, quemadmodum infra suo loco *decad.3.q.2.num.74. decad.2.q.1. num.137.* dicam: ita quoque, qui in solutum dare non coguntur, perinde habendi sunt, atque si jam de facto in solutum dedissent: ergò sicut illi, qui bonis de facto cesserunt, & qui bona immobilia in solutum de facto dederunt, liberi sunt & immunes à carceribus, juxta reg. 1. & 2. præsentis quæstionis: ita quoque liberi erunt, qui privilegium habent, ne vel cedere bonis, vel immobilia in solutum dare cogantur.

RATIO quarta: finis * incarcerationis est ille, vt debitor tædio affectus vel solvat, vel prodigalitatis & perditionis suæ pœnas luat; 109.
atqui moderni * calamitosi debitores, quos supponimus nihil præter necessariam sustentationem, & prædia fermè sterilia habere, solvere non possunt, multò minùs puniri (quid enim peccârunt facultates suas per violentiam militum abreptionem amittendo?) 110.
eò quod * pœna non sit, vel esse debeat, sine delicto, *L. aliud est fraus 139. in pr. ff. de V. S.* ibique debeat esse pœna, vbi noxia est, *L. sancimus. 22. C. de pœnis.* & rem quæ culpâ caret, in damnum vocari non oporteat. *c. 2. Extra. de constit*: 111.
Cessante * igitur causâ finali incarcerationis, ipsa quoque incarceratio cessare debet. 112.

debet. *argt. L. f. C. de restitut. milit. c. magno 7. in f. extra. de voto.*

Ratio quinta desumi potest ex infra tradendis *decad. 2. q. 6. n. 161. & n. 171.*

Tempus est, vt finem huic materiæ de incarceratione imponam, quæ præter intentionem quidem meam in longius procrevit, sed veniam, vt spero, facile benevolus lector dabit, qui quod apud alios dispersum, hic collectum, magisque digestum reperiet, certè si
113. nullam aliam *vtilitatem, hanc saltem studiosi Juris inde capient, vt videant & intelligant, sæpè sæpius quæstionem primo aspectu facilem (*qualis est illa: an quis propter debitum civile carcerari possit?*) non exiguam continere difficultatem, neq; parvum professoribus, qui exactè omnia tradere conantur, facessere
114. negotium & laborem. Commodum *nunc esset, gradum ad cessionem bonorum, dationem in solutum, & beneficium competentiæ (propter affinitatem, quam cum materia incarcerationis habent) facere, quod mox etjam præstabo, si ordine instituti mei servato, prius aliquid de operis præmisero.

QVÆSTIO VIII.

Vtrum Creditor petere poſſit, & inſtare, vt Judex compellat Debitorem non ſolvendo exiſtentem ad præſtandas operas,& ſerviendum tantiſper, donec ei vt ſic ſatisfaciat? Quid Doctores hac in parte ſentiant?

SVMMARIA.

1. *Occaſio præſentis quæſtionis.*
2. *Belli fructus & eventus.*
3. *Status præſentis quæſtionis,& n. 16. addictio apud Romanos olim, & hodie apud Hiſpanos vſitata.*
4. *Addictio ad operas de jure Saxonico valet.*
5. *Non admiſſâ ceſſione bonorum, admiſſâ tamen oblatione bonorum immobilium,& ceſſione actionum.*
6. *Ratio Iuris Saxonici.*
7. *Pacto ſeſe obligans ad operas non liberatur per ceſſionem bonorum.*
8. *Fugiens ad Eccleſiam non liberatur apud Saxones â præſtatione operarum.*
9. *Licet de Iure communi, apud Catholicos hodieq; recepto, non poſſit inde extrahi.*

10. Sta-

10. Statutum valet, quo cavetur debitorem operas præstare debere creditori, donec de debito fuerit satisfactum.
11. Ratio talis statuti.
12. Pactum operarum valet, etiam perpetuarum, 15.
13. Operæ hominis liberi locari, & in stipulatum deduci possunt.
14. Operas præstare non est species servitutis.
17. Opinionis affirmativæ auctores.
18. Redempti ab hostibus debent solvere pretium redemptionis, vel servire per quinquennium.
19. Argumentum secundum opinionis affirmativæ.
20. Pacto & statuto debitor ad operas adstringi potest.
21. Rigor Legis 12. tab. circa debitores obæratos.
22. Inopes onera patrimonij non sustinent, corpori autem indicta obsequia præstant.
23. Pauperes excusantur ab oneribus patrimonialibus, non personalibus.
24. Debitor ex causa civili potest incarcerari.
25. Operæ quomodo æstimandæ ex conditione personæ & artificij?
26. Discrimen inter debitores, qui seipsos alunt, & qui se non alunt.
27. Peritis in arte credendum.

28. Ope-

28. *Operas præstant tantum plebei, non verò debitores in dignitate constituti.*

29. *Offerens Creditori sufficientem cautionem ab operis liberatur.*

30. *Debitores plus justo gravari non debent operis.*

31. *Debitor non debet obire ministeria ab instituto vitæ suæ aliena, sed secundum qualitatem & conditionem suam.*

32. *Quid si pluribus operis diversi generis vacaret?*

33. *Operas officiales præstat, qui nullum artificium scit.*

34. *Audiendus non est, qui poscit operas, quas vel ætas recusat, vel infirmitas corporis non patitur.*

35. *An creditor sumptus & alimenta præstet debitori sibi operanti?*

36. *Discrimen quoad hoc inter operas artificiales & officiales, sive ministeriales.*

37. *Cur juxta quorundam opinionem debitor notoriè inops sisti ac detineri possit?*

38. *Opinionis negativæ Auctores.*

39. *Ob æs alienum servire liberos creditoribus jura compelli non patiuntur, sensus varij horum verborum. n. 49.*

40. *Obligatio dandi invariabilis est, & præcisa.*

41. *Aliud pro alio nec solvi, nec peti potest.*

42. *Con-*

42. *Contrahentium par & æqualis est conditio.*

43. *In obligatione dandi etiam res consumpta præcisè peti debet.*

44. *Operæ non possunt peti pro pecunia.*

45. *Liberum corpus non recipit æstimationem.*

46. *Addictio ad manus creditoris est species servitutis.*

47. *Operæ debitoris sæpè creditori sunt inutiles.*

48. *Argumenta opinionis negativæ remißivè.*

49. *Liberi sive filij non possunt dari in pignus, vel obligari in servitutem ob debitum pecuniarium.*

50. *Liberi homines ob debitum pecuniarium nō possunt in servitutem tradi.*

51. *Servi civiliter mortui, nec personam, nec caput, nec statum habent.*

52. *Aliud est servire, aliud in servitute esse.*

53. *Homo liber servitia liberalia præstare potest.*

54. *Obligans se ad perpetua ministeria non fit servus.*

55. *Ad factum obligatus solvendo interesse liberatur.*

56. *Æquitas Regina Iuris.*

57. *Servitia alia illiberalia, alia liberalia.*

58. *Ad Illiberalem servitutem nemo se potest obligare, sed ad liberalia servitia.*

59. Li-

59. Liberalia seruitia non sunt contraria libertati, nisi in casibus hic exceptis.

Addicti serviebant, non servi erant apud Romanos.

60. Operæ petuntur non principaliter, sed in consequentiam sive in subsidium.

61. Aliud esse potest in obligatione, aliud in solutione.

62. Operarum remedium executiuum quomodo describatur?

63. Ad operas præstandas debitor compelli potest per officium Iudicis.

64. Liberi hominis corpus non recipit æstimationem, sed operæ eius.

65. Operæ æstimantur secundum qualitatem artificij, quod quis didicit, & secundum robur hominis, opportunitatemque temporis, & consuetudinem regionis.

66. Debitum pecuniarium non potest æquari servituti, sed servitijs sive operis.

67. Libertas res inæstimabilis.

68. Operæ recipiunt æstimationem.

69. Operæ artificiales cuicunque edi & locari possunt.

70. Exemplum in famulis domesticis.

71. Exemplum in subditis.

72. Exemplum in vasallis ad operas tales obligatis.

1. HUic quæstioni * occasionem dedit miserabilis rerum & temporum nostrorum status, & penuria
2. hominum (quam bellum , * fames, & pestis his annis in Germaniam induxit) tam magna , vt non sint, qui operas fabriles amplius præstent, domos ruinosas reparent, agros steriles ad culturam reducãt, & ex paucis istis, qui adhuc supersũt, agricolis ad extremam paupertatem calamitate bellicâ redactis, plerique agros proprios in-
3. cultos relinquant , vnde * quæstio oritur : quia debitores hi non tantum periti , sed operis quoq; assueti sunt , & creditoribus aliter satisfacere nequeunt, hisque magis operis similibus, quàm pecuniis subinde cõsultum est, an rectè ad colendos agros, aliasque operas præstandas addici possint?

Hoc loco nolo deducere, quæ apud Romanos olim introducta & vsitata fuerunt. Nam citra controversiam debitor qui creditori non solvebat debitum confessum aut judicatum (*vid. quæst. 6. num. 15.*) vel id solvere non poterat, addicebatur creditori in servitutem lege nexus, & operas dabat in nervo, donec satisfaceret, Quintil. *l. 5. & l. 7.* Hotomã. *q. 26.* Covarr. *var. resol. l. 2. c. 1. n. 1. & 5.* Zanger. *de excep. p. 3. c. 1. n. 142.* Menoch. *de arbit. jud. quæst. cas. 183. num. 2. & 3.* vid. sup.

quæst.

quæst.5.num.106.cum seqq. Quamvis autem postea hic rigor fuerit mutatus, vt ex Livio *lib.8.* recitat Joan. Herman. Stam. *de servit. pers. lib.1.c.4.n.4.* non tamen ita mutatus, vel abrogatus fuit, vt non ejus vmbram adhuc hodiè in quibusdam locis reperire liceat. De jure siquidem Hispanico debitores tenentur creditoribus servire judicis arbitrio, donec illis satisfactum fuerit, Couarr. *loc. cit. num 5.* Menoch. *loc. cit. num. 3.*

De jure * Saxonico quæstio hæc etiam 4.
nullam habet difficultatem, nam si petatur ab aliquo debitum in judicio, qui solvendo non est, nec invenire potest fidejussorem, judex eum pro debito creditori tradere debet, ad faciendas operas, vel ad includendum eum compedibus, Coler. *de process. execut. p.1.c.9. n.31.* Zang. *loc. cit.* & licet liber homo sit, tamen pro debito pecuniario creditori servire cogitur. Schneid. *§ f. inf. instit. de act. idem §. item Serviana n.56. inst. de acti.* Wesenb. *in parat. n.3. ff. de cess. bon.* vbi dicit: Saxones non modò carcerem, sed etiam addictionem illam veterum admittere. vid. Joan. Herman. Stam. *loc. cit. n. 5.* vbi tria
necessaria requisita recenset. Quòd * in tan- 5.
tum apud ipsos procedit, vt debitorem non

 sol-

ſolvendo exiſtentem, non obſtante ceſſione bonorum *vid.decad.2.q.8.num.65.* & *q 3. num.29.* condemnent ad manus creditoris, cui licet deinde illum, vel in compedibus, vel ad operarum aut ſervitiorum exhibitionem detinere, Coler.*p.1.c.6.n.125.* vbi rationem * reddit: quia debitor, circa exhibitionem operarum, vel ſervitiorum ſemper exiſtimatur ſufficiens, ideoque non liberatur ab ijs per bonorum ceſſionem. Idipſum dicit idem Coler. *p.1.c.9.num.90.* locum habere, quando quis ſe * pacto ad operas obligavit, eò quod beneficium ceſſionis habeat locum in obligatione dandi, ſecùs in obligatione faciendi ſeu operarum, *conf. not.inf. decad.2.quæſt.num.16.* vide etiam Weſenb. & Schneid.*loc.cit.* * Quod apud Saxones adeo in vſu eſt, vt procedat etiam in debitore ad Eccleſiam confugiente, Coler.*p.1.c.6.n.146.* * Jure tamen communi, hodieq; apud Catholicos retento, pro cauſa civili à politico magiſtratu non poteſt inde extrahi. *L. 6. §. cum autem 3. C. de his qui ad Eccleſ. confugiunt.* Poſſunt tamen debitores apud eosdem addictionem effugere offerendo bona immobilia; *vid.ſup.q.7.num.13.* & cedendo actiones vel nomina.*ibid.n.18.* Hanc addictionem apud Romanos olim, hodie verò apud Hiſpanos & Saxones receptam alibi quo-

Margin numbers: 6. (beside "tionem * reddit"), 7. (beside "bere, quando quis ſe *"), 8. (beside "Schneid.loc.cit. * Quod"), 9. (beside "* Jure tamen communi").

quoque recipi posse putat * Petrus Peckius 10.
de jure sistendi c.4. num. 2. vbi tradit: statutum valere, quo cautum est, debitorem operari debere creditori, donec debitum fuerit satisfactum & *num. 3.* assignat rationem:
* quia leges & statuta potissimùm conside- 11.
rant, ne creditores credito suo fraudentur, ex Paris. *cons. 99. incip. iste Joan. n. 2. l. 3.*

Quemadmodum autem statutum tale valet, ita quoque secundum communem
DD opinionem * valet pactum operarum, 12.
& debitor per conventionem se potest obligare in casu non factæ solutionis ad præstandas operas tamdiu, donec per pretium operarum satisfiat creditori, & pecunia debita solvatur, DD. *per L. hominis operæ 2. cum L. seqq. ff. de vsu & vsuf. leg. L. qui operas ff. locati.* in quibus habetur: hominis etiam li-
beri * operas locari, & in stipulatioem de- 13.
duci posse, Dornsperg. *in syntag. jur. l. 3. c. 21. de pacto operarum*, vbi rationem reddit: quia operari vel liberalia ministeria subire, non
est * species servitutis, sed quidam modus 14.
exolvendi debitum adhibitâ moderatione, & misericordiâ, Coler. *p. 1. c. 9. n. 26 vid. sup. q. 5. n. 59.* In eadem opinione est Pet. Peckius. *de Jure sistendi. c. 4. n. 3.* Coler. *in tract. suo de processu. execut. p. 1. c. 6. per totum.* vbi rationibus in vtramque partem allatis ad lon-

gum exactissimè disputat, *& n. 28.* Amplia etiam procedere in operis * perpetuis, vt ad
15. illas se quoque liber homo obligare possit, maximè si est pauper, nec habet, vnde solvat, aut aliàs se alat. *vid. q. 9. num. 191.* add. Sichard. *ad L. 12. n. f. C. de O. & A.* Coler. *p. 1. c. 6. n. 76.* Dornsperg. *in Syntag. jur. l. 3. c. 21. §. hæc conclusio* vide tamen Ripensem *ad L. obligatione 6 ff. de pignor. n. 10. 11.*

An autem cessante pacto, vel peculiari
16. statuto,* creditor possit instare, vt judex compellat debitorem non solvendo existẽtem ad præstandum operas, & serviendum tantisper, donec ei satisfaciat? quæstio est inter DD. satis controversa, & illa ipsa, quã præ manibus nunc habemus.

AFFIRMATIVAM * tenere videtur *gl in*
17. *L. pro hærede. § si quid tamen in V. maximè; circa f. ibi: hoc fit propter inopiam & necessitatem ff. de acquir. hæred.* & plures alii, quos allegat Coler. *p. 1. c. 9. num. 29.* Pet. Peckius *in tract. de Jure sist. c. 4. num. 2.* vbi ait: in eâ opinione versor, vt existimem debitorem, si aliud non habeat, & bonis cedere non velit, aut non possit, in hoc damnari posse, vt deductis alimentis operis suis satisfaciat, aut creditori liberaliter moreque aliorum inserviat, post Bald. *ad L. ob æs.* Dornsperg. *in Syntag. jur. l. 3. cap. 21. §. & hac sententia.*

Con-

Concordat Math.Brun *q.6.n.7.* vbi cautelam tradit pro creditore, vt priusquam debitor dilationem quinquennalem petat, vel se ad bonorum cessionem præparet, coram Iudice instet, debitorem ad operas sibi præstandas cogi, & ei servire, donec satisfecerit, & addit: id per judicem fieri posse, & seipsum vidisse Romæ practicari.

Qui affirmativam opinionem tenent, fundant se, PRIMÒ *in text. L.f.C.de. Captiu. & postlim. reverſ.* vbi redempti * ab hostibus 18.
debent solvere pretium redemtionis, vel servire per quinquennium redemptori, alimenta autem eis præstita reddere non tenentur, ad idem est *text. in L. senatus 43.§.f.ff. de leg.1.* Pet.Peckius *de jure sistendi c.4.n.1.*

SECUNDUM ARGUMENTUM deducitur *ex L. pro hærede 20. §: si quid tamen.2.ff. de acquirend. hæred.* vbi * cum Vlp. de operis locutus fuisset, hæc verba addit: & constat pro 19.
hærede eum non gessisse, cum petitio earum (operarum) etiam creditoribus competat, maximè futurarum. *Ex qua L.* gloss. Bart. & Ang. deducunt, creditorem ad operas contra debitorem agere posse. & addit gl. *in V. maximè futurarum in f.* hoc fieri propter necessitatem & inopiam.

TERTIÒ: pacto * se aliquis ad operas 20.
obligare, & statuto debitores ad easdem ad-

 stringi

ſtringi poſſunt. Ergò quoque Judex ad inſtantiam actoris reum , vt operas præſtet , condemnare poteſt. Pet Peckius *de Jure ſiſtendi.c.4.n.3.*

QUARTÒ: Major & deterior apud veteres obærati debitoris conditio erat, nam de
21. *jure antiquo 12.tabul. debitores, qui non erant ſolvendo, etiam dilaniandi creditoribus dati fuerunt , Peckius *loc. cit. num. 2.* Brun *de ceſſ bon.qu.5.quartæ quæſt.princ.num. 2.* Coler.*de proceſſ.execut.p.1.c.6.n.125.* vt ſcriptum reliquit Livius *l.2. ab vrb.cond.* & non modò in temporariam ſervitutem ſuis creditoribus vel nexi addicebantur , verùm etiam lege tam durâ tenebantur, vt debitoris corpus inter creditores dividi quoque liceret. Mynſ.§.*f.num.17.inſt.de action.* ex Budæo, Quintiliano , & Gellio. *vide ſupra q. 5.num. 106. cum ſeqq.* Non igitur mirum eſt , ſi de jure moderno cogantur operas præſtare.

22. QUINTÒ: Inopes * onera patrimonij ipsâ non habendi neceſſitate non ſuſtinent, corpori autem indicta obſequia ſoluunt, *L.4.§. 2.ff.de muner & honor. vid.ſup.decad.h.q.5.n. 87.* adde Gail.*de arreſt.Imperij.c.9.n.20.* vbi dicit: à publicis collectis excuſari * pauperes, quos dura premit quotidiana neceſſitas, &
23. indigentia, quorum vita mercenaria & in diem

em est, *p. L. cura §. inopes ff. de muner. & honor.* & extendit hoc ad illos, qui lapsi sunt facultatibus; subjungit tamen paulò post: in personalibus muneribus paupertatem non excusare, & ideò corpori indicta obsequia pauperes præstare debere, *per d. §. inopes.* Ergò videri posset idem quoq; locum habere in alijs debitoribus ob æqualitatem rationis.

SEXTÒ: propter debitum * civile aliquis 24.
incarcerari potest, *L. 1. C. qui bon. ced. poss. L. nemo C. de exaction. trib.* Ergò etiam â simili poterit ad operas adstringi, Sichard. *ad L. 12. n. 4. C. de O. & A.* Peckius *loc. cit. num. 2.*

Et hæc sunt ferè argumenta, quæ adduci solent & possunt pro stabilienda affirmatiua.

Tradunt etiam DD. modum * æstimandi 25.
operas, in casu, quo vel statuto, vel pacto, (consequenter etiam de jure communi) debitor ad eas præstandas teneretur, & volunt in singulos dies illas ipsas operas recipere certam taxationem ex arbitrio Iudicis, (habito videlicet respectu ad conditionem, & artificium eius, qui operas edit) *per L. 24. in pr. & § si domus, cum L. 30. ff. locati.* Dornsperg. *d. c. 21. in f.* atque ita quotidie quantitatem debiti diminui; siquidem si sit artifex, * quidquid de- 26.
bitor de die in diem ex suo officio lucrabitur, illud omne assignabitur creditori, qui eum alit, & in suo famulitio habet, sin semetipse

 exhi-

exhibet, tum quod supereſt vltra neceſſariũ debitoris victum, qui laborantibus ſubtrahi non debet, id cedit creditori, & ſic operæ de die in diem extenuant ſortem principalis debiti *vid. inf. q. 9. n. 200.* Col. *de proceß. execut. p. 1. c. 6. n. 138. cũ ſeq. id. c. 9. n. 40. id. p. 1. c. 9. n. 99.* vbi addit: ſi dubitet Judex, quanti operæ
27. æſtimandæ ſint, * peritos in arte adhibendos, qui æſtiment, quantum pro operis de ſumma debiti ſit defalcandum.

LIMITANT tamen præallegati DD. ſuam doctrinam PRIMÒ: vt locum habeat in ſolis * plebeis & vilioribus, ſecus eſſe circa
28. perſonas in dignitate conſtitutas, *vid. inf. q. 9. n. 55.* prout ſunt Nobiles, Doctores, & ſimiles, qui cũ ita ſint privilegiati, vt nequeant exigi, niſi in quantum facere poſſunt, ideò pro debito civili realiter nec citari, nec detineri valent. Coler. *de proceſſ. execut. p. 1. cap. 6. n. 146.* Matt. Brun. *de ceſſ. bon. q. 10. quartæ quæſt. princ. n. 3. vid. ſup. q. 7. n. 36. q. 1. decad. 3. num. 77.*

29. LIMITANT ſecundò: vt tamen is, * qui offert creditori ſufficientem cautionem cum novis fidejuſſoribus, ad operas creditoris condemnari non poſſit, *argt. L. 7. §. f. ff. qui ſatisd cogantur.* Coler. *loc. cit. n. 134.* vbi à minori ad majus ſic argumentatur: ſi enim ſequeſtrum rerum diſſolvitur per cautionẽ fide-

fidejussoriam, *d.L.* quantò magis idem in detentione personæ ad operas dicendum venit? *vide supra q.7.n.21.22.cum seqq.*

LIMITANT tertiò: vt in illis,* qui excusati non sunt ab operis, adhibeatur quędam moderatio & misericordia, ne videlicet plus justo graventur debitores laboribus, *argt. L. operarum cum L. nec audiendus ff. de oper. libert.* Dornsperg.*d.c.21.§.& quidem inf.* Peck.*loc cit.n.3.* cum debeant exhiberi salvâ valetudine & quiete hominum.*argt.L. continuus 137.§. cum ita.v.non diebus ac noctibus. ff.de V.O.* Coler.*p.1.c.9.n.4.& n. 27.* 30.

2. Ut ne talia * ministeria reus obire cogatur, quæ ab instituto vitæ suæ sunt aliena, vel exercere aliud artificium, quam quod didicit, *argt. L. ejus artificij ff. de operis libert.* Dornsperg.*loc.cit.§.cum autem,cum §.seq* Edit itaq; debitor operas artificio suo convenientes, adeoq; si sutor erit, calceos parabit; si sartor, vestes; si scriptor, scribet; si pictor, pinget; sic de similibus, *per L. 16.& 17.L.23. L.38.L 9.ff.de operis libert.* Coler.*p.1.c.9.n.91. & 92.* Debent itaque servitia præstari secundùm qualitatem, & conditionem operantis, prout ipse scit, & didicit operari, & si * pluribus operis diversi generis vacabat, judicabitur de eo secundùm artem, in qua plurimùm versabatur, *id.ibid.num.93.* 31. 32.

Si

Si debitor nullum artificium ſcit, ad operas
* officiales condemnandus eſt , quæ non
33. ſunt contra ejus dignitatem, puta quod Dominum comitetur, ejus negotia exerceat, obedientiam, & ſi ſit vilis perſona, etiam ſervilia miniſteria præſtet, *ibid.n.94. & 95.*

34. 3. Vt attendatur * robus, ætas, atque valetudo debitoris; audiendus enim non eſt, qui poſcit operas, quas vel ætas recuſat, vel infirmitas corporis non patitur, *L.nec audiendus 17.ff.de oper.libert.*

Quibus addi poſſe videtur conditio quar-
35. ta: vt ſcilicet * creditor ſumptus & alimenta præſtet. *argt.d. L.f.* C.*de capt.& poſtlim.reverſ.*Mynſ.*§.f.num.12.inſt.de action.* Joan. Herman.Stam.*l.1.de ſervit.pers.c.4.num.5. vide ſub.q.6.n.43.& q.5.n.30.73.& ſeqq.* de quo tamen vide Peck.*loc.cit.num.1.*& Dornſperg. *loc.cit.q.f.* Coler.*p.1.c.9.num.96.* vbi
36. diſtinguit inter * operas, ita vt artificiales veniant edendæ proprio victu & ſumptibus eorum, qui illas debent, *per L.20.ff de operis libert.* cum hac tamen moderatione, vt creditor ei tantum otij relinquat, quantum ad faciendum alimentorum quęſtum ſufficit, *per L.29.& pen.eod.vid.inf.q.9.num.200.* officiales autem & ſerviles ſive miniſteriales ſumptibus & victu præſtari creditorum, quibus eduntur, ſed de his pluribus *infra*

fra q.seq. in resp. ad 5. argt. opinionis negativæ, & n.198. cum seqq.

Extendunt præfati Doctores suam quoque doctrinam, vel ex ea potius inferunt: quod debitor * cujusque, ex quacunque legitima causa sisti, ac detineri possit, etiamsi constet propter manifestam inopiam solvere non posse, cum & operis suis & mercede diurnâ (deductis tamen priùs alimentis) tantùm corradere possit, vnde creditori satisfiat, post Roman. & Angel. Peckius *loc. cit. n.1. & 3.* Dornsperg. *in alleg. tract. tit. de arrestis, quæstione: quæ personæ aut res arrestari possint.* Et hęc est in compendio doctrina eorũ, qui affirmativam tenent. 37.

NEGATIVAM, * quod videlicet cessante pacto vel statuto, debitor in eventum non factæ solutionis, ex vi Juris communis compelli non possit ad operandum creditori, tenet Menoch. *de arbit. jud. quæst. l.2. cent.2. cas.183. n.3.* Joan. Herman Stam. *de servit. pers. lib.1. c.4. n.5. §. sanè juri Romano* & communem dicit Matth. Coler. *de process. execut. p.1. c.9. n 32. novissimæ editionis n.73.* vbi tradit: ita loqui & procedere *L. ob æs alienum C. de O. & A.* Schneid. *§. f. num. f. ibi. contra L. ob æs inst. de action.* idem Schneid. *ad §. Serviana n.55. inst. de action. ub. vid.* Doctores & interpretes plerique omnes *ad L. ob æs 12. C. de O. & A.* pro qua sententia facit 38.

PRI-

PRIMÒ textus ad literam * *in d. L. 12.* vbi
39. Impp. Diocletian. & Maxim. alioquin crudelissimi sic rescripserunt: ob æs alienum servire liberos creditoribus, jura compelli non patiuntur, Petr. Peck. *de jur. sistend. c. 4. n. 2.* Coler. *de proceß. execut. p. 1. c. 9. n. 14.* Sichard. *ad. d. L. ob æs.*

40. SECVNDÒ: obligatio dandi * ex parte creditoris & debitoris invariabilis est, & præcisa, hoc est, semper debet res peti & præstari, quæ in obligationem fuit deducta, Bart. & DD. *in L. vbi autem 75. §. f. ff. de. V. O. vid. inf. decad. 2. q. 10. n. 15.* Wesenb. *n. 12. ff. de reb. cred.* Reyger. *in thesau. v. obligatio. n. 3.* nam
41. sicut * aliud pro alio inuito creditori solvi non potest. *text. in. L. 2. §. mutui datio ff. de reb. cred. vid. sup. q. 7. n. 14.* ita aliud pro alio ab invito debitore exigi non potest, quia contra-
42. hentium * par & æqualis debet esse conditio. *text. in Novell. 64. c. 1. in f.* Myns. *cent. 4. obs. 61. n. 11.* & ne actor incidat in pœnam plus petentium, *§ si quis agens. 33. inst. de action.* Quod in tantum dicunt DD. verum esse, vt si debeatur res aliqua in specie, actor nihilo-
43. minùs * præcisè debeat rem petere, etiamsi sciret esse consumptam. Ioan. Schneid. *ad. §. non solum f. n. 5. inst. de V. O. id princ. inst. de inut. stipul. n. 3. in f.* Schrader. *in tract. de contract. tit. de oblig. quæ re cont. § item* is. *3. n. 45.* Quæ

cum

cum ita ſint, non apparet, quomodo pro pecunia poſſint peti * operæ, cum hoc valde ſit 44.
extraneum & diverſum ab obligatione contracta, vt ait Bald. *ad d. L. ob as. 12.* C. *de O. & A.* Peckius *de jur. ſiſtend. c. 4. n. 2.* & non poſſit actor non plus petere, cum detentio perſonæ ad operas vtique plus involuat, & majorem iniuriam habeat, quàm exactio pecuniæ, per not. Coler. *p. 1. c. 6. n. 134.*

TERTIÒ: liberum * corpus non recipit 45.
æſtimationem, *L. 1. §. ſed. cum homo 5. ff. de his, qui effud. L. 1. §. corporum. ff. ad L. Rhod. de jactu. L. 7. in pr. ff. ad. L. Aquil.* Quomodo ergò per æſtimationem operarum poteſt de die in diem extenuatio & liberatio debiti fieri?

QUARTÒ: hæc addictio * ad manus cre- 46.
ditoris, & ad operas ei præſtandas, eſt ſpecies ſervitutis, & multùm refragatur, ſive contrariatur libertati, Pet. Peckius *de Iur. ſiſtend. c. 4. n. 2.* Ergò cum ei debitum pecuniarium æquari non poſſit, non videtur toleranda. *argt. §. vn. & quæ ibi notant. DD. inſt. de L. Fuſia Canin. toll.*

QUINTÒ: ſæpè operæ * debitoris ſunt in- 47.
utiles creditori, vt ſi v. g. aurifaber deberet ruſtico, vel ruſticus alicui textori, qui nec agros habet, nec equos, nec vaccas, nec quidquam

quam ſimile, quod ad culturam agrorum pertinet, quo in caſu (qui valdè frequenter poteſt contingere) ſuperuacaneum foret debitorem creditori addicere. Imò dato debitorem peritum eſſe eius artificij, ex quo vtilitas aliqua in creditorem emanare poteſt, v.g. ſartorem, ſutorem, textorem, &c. tamen non continuò quis horum hominum operâ vtitur, poteſt namque vnus ſutor vnâ hebdomade calceos ſufficientes conficere pro toto anno, ſi ſit induſtrius, & ſic loquendo de alijs.

48. Adhuc plura * argumenta, quibus pactum operarum impugnari ſolet, & quæ ad ſtatuta vel ſententiam Iudicis facilè quòque traduci poſſunt, videantur apud Coler. *p.1. c.9.n.17.in f.* uſque *ad n. 25.* quorum aliquibus bene, aliquibus meo judicio non ſufficienter reſpondet. *n.82.cum ſeqq. vſque ad n.90.incluſivè.* Sed nec hæc ipſa argumenta pro Negativa modò adducta tanti ponderis ſunt, vt non facilè ſolvi poſſint.

49. AD PRIMUM Reſpondet Pet. Peck. *de Iur. ſiſtend. c.4.n.2.* Impp, *in L.12.* loqui * de liberis debitoris, non verò de ipſo debitore, qui promiſſum ſolvere non poteſt, & bonis cedere non vult, ita quòque Reſp. Sichard *ad d. L. ob*
49. *æs.12.* & ſenſum conſtitutionis eſſe: liberos,* id eſt, filios non poſſe dari in pignus, vel obligari in ſeruitutem ob debitum pecuniarium,
id

id quod est verissimum *per L. qui filios, quæ res pignori oblig. c; quia verò 7. Nov. 134.* Vel secundo ℞. si per liberos intelligantur ingenui, quod isti non possint tradi in servitutem, nec perpetuam, nec temporalẽ, quod tunc Impp. ibidem loquantur de verâ servitute * anti- 50.
quitùs apud Romanos vsitatâ *gl. ad d. L. ob æs alienum*, quâ homines liberi suam libertatem 51.
amittebant, & pro civiliter * mortuis reputabantur, *L. quod attinet 32. ff. de R. I.* nèque personam habentes, *L. 3. ff ne quis eum, qui in jus.* neque caput, *L. 3. in f. ff. de capit, minut.* neque statum. *pr. inst. de cap. dim.* Wesenb. *n. 4 ff. eod.* non autem de servitute illa, quâ ho- 52.
die homines liberi * servitia sive ministeria, sive operas alijs præstant, has enim obligari, locari, & in stipulationem deduci posse, jam suprà vidimus *n. 20*. Atque ita dicunt aliquem * obligari posse ad servitia saltem temporali- 53.
ter, non tamen, vt aliquod jus in ipsum habeat creditor; imò etiamsi * in perpetuum 54.
aliquis se obligâsset, tamen adhuc non posset dici redactus in servitutem, quia non prorsus adimitur libertas & non præcisè & inevitabiliter quis cogeretur implere obligationem, sed haberet electionem inter duo, Facere vel Solvere, juxtà reg: ad factum * obligatus sol- 55.
vendo interesse liberatur, Sichard. *ad L. 12. n. f. C. de O. & A.* Oldendorp. *claß 4. act. 9. in singularib.*

O

*gularib.circ.f.n.4.*Coler.*p.1.c.9.n.18.cum seq. & num.35.* vbi dicit: hoc suadere æquitatem,
56. * quæ dicitur Regina Iuris secundum Zasium.

In effectu igitur Responderi potest, duplicem esse * servitutem, vnam videlicet il-
57. liberalem, quâ mediante quis subjicitur alterius potestati, tanquam mancipium *§ servi. inst. de Iur person.* Aliam servitutem, vel (si magis propriè loqui velimus) servitia alia esse liberalia, quando quis in libertate servit, hoc est famulatur & operas præstat, Coler. *p.1,c.9.* De priori * loquitur Impera-
58. tor in textu, ad quam aliquis sese ne quidem volens obligare, *L. nec si volens 6.C de liberal. caus.* ne dum per judicem condemnari potest: de posterioribus servitiis liberalibus, quando quis bonâ fide servit (non quidem perpetuò, sed saltem ad tempus, & tamdiu, donec solverit) non item, talis enim non dicitur propriè servus, sed serviens, ejusque ingenuitas & libertas non est absumpta, aut extincta, sed velata ad tempus, Coler. *p.1.c.6.*
59. *num.89.* Hæc * servitia non contraria esse, ajunt, libertati, nisi vellet creditor debitorem in perpetuam servitutem trahere, & ad sordidissima quæque obeunda vrgere, post Salicet. & Fulgos. Peckius *loc. cit. num. 2.* Et tradit Quintilian. *l. 5. & l. 7.* addictos qui

qui operas creditoribus dabant, etiam apud Romanos serviisse, non servos fuisse, prout eum allegat Hotoman. *q.26. ibi: neq; obstat. L. ob as.*

AD ALTERUM argumentum pro negativa allatum Responderi potest, causam * propter quam creditor exigit operas debitoris, esse ipsam pecuniam in termino præfixo non solutam, adeoque principaliter haberi respectum ad pecuniam, minus autē principaliter & in consequentiam ad operas, Dornsperg. *loc. sæp. cit. §. causa autem* Coler. *de proceß. execut. p. 1. c. 9. n. 37.* etsi itaque * pecuniæ sint in obligatione, nihilominùs, inquiunt, posse operas esse in solutione, præsertim in defectu pecuniarum, *argt. eorum, quæ not.* Stainhaus. *C. de Condict. furt.* Vnde hoc remedium describunt esse tale * executivum, quo mediante creditor compellit debitorem, vt ipsi vel solvat, quod debet, vel loco pecuniæ servitia & operas in eventum non factæ solutionis exhibeat, donec satisfiat, Dornsperg. *loc. cit. in pr.* Coler. *de proceß. execut. p. 1. c. 9. n. 1.* qui *eodem cap. n. 90. & c. 6. n. 130.* tradit, debitorem * ad operas præstādas compelli posse, saltem officio Judicis mediante. *id. c. 9. n 35. ibi:* isto casu liberum est implorando Judicis officium pro executione præcisè petere operas.

60.
61.
62.
63.

Ad tertium R/.concedendo * liberum
64. corpus non recipere æſtimationem, ſi loquamur de æſtimatione ipſius corporis, & membrorum ejus per ſe, eò quòd digniora & prę̨ſtantiora ſint membra hominis, quàm quod aliquod pretium condignum eis reſpondere vel comparari poſſit: ſecùs eſt in operationibus humani corporis, quæ bene valent deduci in taxationem, pro vt videlicet vnius operatio melior eſt, quàm alterius. *per L. ejus artificii 16 & L. hæ demùm 38. ff. de oper. libert.* Coler. *p. 1. c. 9. n. 45. & 49.* qui *n. 37. & ſeqq.* dicit has operas recipere æſtimationem ſecundùm * qualitatem artificij,
65. quod obligatus didicit, *d. L. 16.* vel aliter ſecundum robur hominis & opportunitatem temporis, attentâ etiam ratione ætatis, valetudinis, aut dignitatis debitoris, *per L. 17. & 50. ff. d. T.* item ſecundùm conſuetudinem cujusque regionis, quæ frequentatur in conductione operariorum. Et quamvis
66. debitum * pecuniarium non poſſit æquari ſervituti veræ & propriè ſic dictę, eò quod pecuniæ ſuam habeant & patiantur ę̨ſtimationem, *argt. L. ſi ita 42. ff. de fidejuſſ.* libertas
67. * autem per ſervitutem amiſſa inæſtimabilis ſit, *L. libertas ff. 10. de R. I.* poteſt tamen illud æquari cum operis ſeu ſervitijs hominis
68. alicujus liberi, hæ enim operæ * recipiunt ſuam

ſuam æſtimationem, *per L. ſi non ſortem §. libertus v. nam plerumq; cum ſeq. ff. de condict. indeb. L. in ſtipulationibus §. operarum V. ſolutio ff. d. V. O.* ſecundum qualitatem artificii, quod obligatus dicit, Dornſperg. *loc. cit. §. cauſa autem.*

Ad quartum facile reſpondebunt illi, qui pactum operarum validum eſſe putant, ſi ſermo ſit de addictione tali, quę procedit ex pacto, eam in hoc creditori vtilem eſſe, quod operas debitoris etiam alteri pro certa mercede locare valeat, operę enim maximè artificiales & fabriles* ejus naturæ ſunt, 69.
vt jubente Domino cuicunque edi poſſint, *per L. operæ rerum 9. ff. de oper. libert. L. homines quoq; 3. de vſuf. legat.* Coler. *p. 1. c. 9. n. 41. vbi n. 42.* id indubitanter dicit procedere, ſi talis delegatio operarum promiſſori nihil noceat. Idipſum dicit Coler. *num. 91.* habere locum tunc, cum ſtatuto loci quis obligatus eſt ad operandũ creditori in caſu non factæ ſolutionis, nam & tunc ſi Dominus hujus debitoris artificio non indigeat, poſſe eum operas illius tutò alteri pro certa mercede locare, aut delegare. *per LL. alleg.*

Quemadmodum *in ſimili dicunt fa- 70.
mulum ad fabrilium harum operarum prę ſtationem Domino obligatum cogi poſſe ut alteri, quam ei præſtet operas, quâ de re videa-

videatur Joan. Herm. Stam. *in tract. de servit. pers. l. 2. c. 6. per tot.*

72. Idem * de subditis ad præstationem operarum fabrilium obligatis tradit Thom. Maulius *de jurib. int. Dom. & subd. tit. 4. n. 14.* vbi Limitat: dummodo conditio subditorum exinde non fiat deterior.

73. Idem de * servitijs à vasallo debitis, quod videlicet Dominus ea alteri cedere possit, tenet Hartman. *l. 2. tit. de feud. obs. 30.* And. Khol. *in tract. de servit. feud. p. 2. n. 101.* si in certo artificii genere versentur *id. ibid. n. 111. 116.* secus si artificialibus operis accenseri nequeant. *ibid. n. 108.*

QUÆSTIO IX.

An secundum mentem auctoris debitores inopes suis creditoribus, extra causam peculiaris pacti vel statuti, per sententiam Judicis ad operas addici possint, vel debeant?

SUMMARIA.

1. Opinio auctoris in materia operarum à debitoribus præstandarum.

2. Dis-

2. *Discrimen inter debitores, qui adversâ fortunâ & propriâ malitiâ ad inopiam devenerunt. & n.16.*
3. *Addictio debitoris malitiosi ad operas tolerari potest, in pœnam prodigalitatis n.11.*
4. *Matthæus Brunus hujus opinionis assertor & 7.*
5. *Malitia quorundam debitorum in cessione bonorum.*
5. *Malitiæ debitorum quomodo occurrendum? 10.*
8. *Clausula subsequens restringitur ad antecedentia.*
9. *Audacia leviorum hominum reprimenda.*
12. *Pœnas ob delicta solvi magna ratio suadet.*
13. *Exemplo alterius sæpe docetur homo.*
14. *Pœna unius est metus aliorum.*
15. *Filij familiarum olim noxæ dari poterant, quare? & quamdiu fures etiam addicebantur, quibus malitiosi debitores recte accensentur.*
17. *Debitores calamitosi gaudent dilatione quinquennali.*
18. *Debitores calamitosi non incarcerantur, sed malitiosi.*
19. *Debitores calamitosi cedunt bonis, non malitiosi.*
20. *Malitiosi & dolosi debitores nec bene-*

ficio ceßionis; nec beneficio competentiæ gaudent.

21. *Debitores calamitosi cedentes bonis non tenentur nudi super saxo sedere, sed decoctores malitiosi.*

22. *Decoctores & falliti an poßint creditoribus dari lacerandi?*

23. *Pœnæ non sunt producendæ ad casus non expressos.*

24. *Extensio pœnarum licita est ex identitate rationis.*

25. *Inovi quando parcendum?*

26. *Afflicto quando afflictio addenda?*

27. *Neceßitas non est, quæ ex voluntate trahit originem.*

28. *Qui non habet in ære, luat in corpore, valet quandoq́ etiam in contractu, & quasi-contractu.*

29. *Debitor ob æs alienum servire non compellitur, sed decoctor ob suam profusionem & nequitiam.*

30. *Malitia non debet nocere alteri, quàm qui eam admisit.*

31. *Obligatio dandi præcisa est, quamdiu facultas tradendi superest.*

32. *Aliud pro alio quando solvi poßit, vel peti?*

33. *Æqualitas vbiq́ servanda.*

34. *Contrahentium æqualis debet esse conditio.*

35. *Reo non est permissum eludere actorem.*

36. *Factum*

36. *Factum cuivis suum, non aliis nocere debet.*
37. *Actio Pauliana cur detur contra fraudatorem, bonis jam possessis & distractis?*
38. *Inanis est actio, quam inopia debitoris excludit.*
39. *Operæ peti possunt non per viam actionis, sed implorato officio Iudicis.*
40. *Liberum corpus non venit in commercium.*
41. *Operæ liberales in contractus deduci possunt.*
42. *Servitutis effectus.*
43. *Multa ad tempus valent, quæ in perpetuum non valerent.*
44. *Liberti erga patronum ingrati in servitutem revocantur. Patronus est, qui in necessitatibus succurit.*
45. *Fugiens ad familiam latronum libertatem amittit.*
46. *Necare videtur, qui alimenta subtrahit.*
47. *Operæ artificiales quæ, & quam variæ?* 48.
49. *Operæ offi iales quæ?*
50. *Operæ Ruricales quæ, sordidæ quæ?*
51. *Operæ serviles quæ?*
52. *Imputet sibi, qui deteriora præ melioribus elegit.*
53. *Malitiis hominum non est indulgendum.*
54. *Audiendus non est, qui nihil aliud quærit, quam nocere alteri.*
55. *Digniores ad operas addici non possunt.*

56. *Injuria vni de cognatione illata, toti cognationi illata censetur.*

57. *Diminutis divitijs diminuitur & honor.*

58. *Memoria pristinæ dignitatis prodest.*

59. *In Iudicijs quando acceptio personarum habenda? & 61.*

60 *Propter excellentiam personæ pœnale judicium temperatur.*

62. *Doctores suâ scientiâ totum mundum illuminant.*

63. *Lucerna non debet sub modio collocari.*

64. *Doctores & Advocati in quo reipubl. serviant?*

65. *Nemo abstrahendus ab opere, à quo pendet reipubl. incolumitas.*

66. *Doctores dicuntur milites togatæ militiæ. & quando militum privilegijs vtantur?*

67. *Milites non sunt abstrahendi à militia, & quare?*

68. *Clerici milites cœlestis militiæ, non debent abstrahi à cultu divino.*

69. *Ignominia propinqui ad dolorem aliorum propinquorum porrigitur, & n.71.*

70. *Per latus alterius lædi nemo debet, qui ipse lædi non potest.*

72. *Reipubl. interest, vt dignitas familiarum salva sit.*

73. *Mulieres non sunt creditoribus ad operas addicendæ, & vix juvenes.*

74. *Mu-*

74. *Mulieres propter verecundiam & pudorem non tenentur in publicum prodire.*
75. *Mulieres non licuit in jus rapere, & noxæ dedere.*
76. *Infantes nesciunt, quod agunt, & dolus in eos non cadit.*
77. *Audiendus non est, qui poscit operas, quas ætas recusat.*
78. *Impuberes an ad operas addici possint?*

IN superiori quæstione ad longum ostendi, quæ sit aliorum Doctorum in hac controversa quæstione opinio. Ego * in certis quibusdam ca- 1.
sibus affirmativam, in alijs negativam amplector, & distinguendum * esse arbitror: an 2.
debitor ob adversam fortunam ad paupertatem & inopiam devenerit, an verò ex proprio dolo & delicto per eum commisso. In hoc posteriori casu sit

CONCLUSIO prima: addictionem * ta- 3.
lem debitoris ad manus creditoris tolerari posse, præsertim si non in perpetuum, sed ad tempus tantùm addicatur. In his ipsis, & non alijs terminis loquitur Matthæus * Bru- 4.
nus *in superiori quæstione. n. 17.* allegatus, videlicet *in tractatu de ceß. bon. quæst. 6. princ.* vbi cum *n. 7.* pravos mores rusticorum sui temporis, & eorum * debitorum enarrâsset, 5.
qui cùm suâ propriâ industriâ & labore, debita

debita possent absque cessione & dilatione quinquennali solvere, nihilominus animosè ad bravium currentes, & putantes se in futurum à creditoribus non ampliùs vexandos, ad Principem confugiunt, & ad cessionem vel dilationem quinquennalem admitti petunt; quo facto deinceps potiùs, si quæ habent, dissipant, quàm quod acquirant, & parta tueantur, & exultant sine fine dicẽtes: si elapso termino quinquennii non habebimus, vnde solvere valeamus, & in carceres detrudemur, creditores nobis alimenta prȩstare debebũt, alioquin Judex nos relaxabit. *vid. decad. 2. q. 7. num. 6.* Huic taliũ
6. debitorum * malitiæ quomodo occurrendum sit, postea idem Brun. *n. 9.* tradit, cautelam istam præscribendo: vt creditor coram Judice instet, debitorem ad operas sibi præstandas cogi, & ei servire, donec satisfecerit, quod per Judicem fieri potest.

7. Ex quibus * Bruni verbis colligi potest, quod non vniversaliter & indistinctȩ loquatur, sed in casu tantum nostro, vbi debitores malitiosè bona sua dissipant; nam clausula * subsequens restringitur ad simi-
8. lia antecedentibus, *per L. vlt. §. cui dulcia ff. de tritico, vino, & oleo legat.* Ratio autem quare putem hanc addictionem locum habere, est præter allegatas *sup. q. 5. n. 118.* ista: vt

* audacia

* audacia leviorum hominum in contrahendis passim debitis reprimatur. Mynſ. 9.
§.*cum eo f.n.17.inſt.de action.*hanc ipſam inſinuat Weſenb.*num.3.ff.de ceſs. bon.* vbi inter cætera ait: propter debitorum * improbitatem & perfidiam, qui fiduciâ ceſſionis te- 10.
merè æs alienum contrahunt, & dilapidant, reditum nunc eſt moribus ad jus antiquum, alibi enim carceribus includuntur decoctores, alibi excommunicantur, alibi aliter puniuntur. Concordat Joan. Herman. Stam. *de ſerv. pers. l.1.c.4.n.5.* vbi ait: apud Saxones ingraueſcente multorum improborum ac leviſſimorum hominum malitiâ ac perfidiâ bonâ ratione receptum eſſe, vt debitor obæratus per Judicem creditori ad manum addiceretur.

Ex quo colligere licet, illud non alia de* 11.
causâ, quam in pœnam prodigalitatis, & diſſipationis ſtatutum eſſe, idque non immeritò: nam pœnas * ob delicta ſolvi magna ratio ſuadet. 12. *L. ſi â reo 70. §.id quod vulgò ſ. ff. de fidejuſs.* vt nimirum, dum * exemplo 13.
alterius ſæpè docetur homo. *L. aut facta 16. §.f. ff. de pœnis.* vnius* pœna metus ſit alio- 14.
rum, *L.1.C.ad L.Jul.rep.L.31.inf.pr. ff. depoſit.* & vt alii talia attentare, bona ſua prodigere, & creditores ſuos defraudare non facilè præſumant. *argt. Clem. vn. extra de baptiſm.*

Ra-

Ratio æquitatis alia à majori ad minus desumpta est ista:.olim * filijfam.ob privatum
15. aliquod delictum, puta damnum datum, poterant noxæ dari. §. *sed veteres 7. inst. de noxalib. act.* propterea vt parentes eos magis in officio continerent; si igitur hoc putabatur justum, vt homines liberi ex suo illo delicto servi quadantenùs fierent. *L. 2. & tot. tit. ff. de pœn.* non quidem in perpetuum, sed donec damnum datum sarciretur, Schneid. *n. 6. in f. inst. de noxal. action.* quantò minùs injustum videri debet, vt talis aliquis decoctor, qui non vni, sed pluribus sæpè creditoribus damnum infert, ad liberalia ministeria addicatur, donec satisfaciat? quo magis ipse sese contineat, & bonis suis frugaliter vti discat *vid. quæst. 8. decad. 2. num. 38. decad. 1. q. 5. n. 53.* Ratio tertia: addictio illa ad operis, vel in servitutem, habebat olim locũ in furibus, vid. Mynſ. *§. pœna. inst. de oblig. ex delict.* Wesenb. *num. 14. ff. de furt. id. ad §. 5. inst. d. T.* in quorum numero probabile est, debitores, qui non fortunæ injuriâ, sed suâ culpâ & nequitiâ ad egestatem redacti fuerunt, habitos fuisse, Hotoma. *q. 26.* Plures rationes petantur *ex quæst. 8. num. 17. cum seqq. q. 5. n. 118. cum seqq.*

CONFIRMATUR autem assertio mea inde: quia

quia in multis aliis Juris articulis distingui
* solet inter debitores , qui suâ culpâ, vel 16.
malitiâ desierunt solvendo esse, & inter e-
os, qui fortunâ adversâ sic volente. Sic pri-
mò distinguit Brun. *in tract. de cess. bon. q. 26.*
princ. num. 2. vbi dicit: dilatione * quin- 17.
quennali à Principe concessà gaudere qui-
dem debere eum, qui ob adversam fortu-
nam ad paupertatem devenit, non verò il-
lum qui ex proprio dolo & delicto per eum
commisso.

SECUNDÒ: quamvis illi, qui casu fortuito
ad incitas fuerunt redacti, incarcerari * non 18.
possint, quemadmodum vidimus *supra q. 5.*
concl. 2 tamen ibid. intellexımus *concl. 3 num.*
62. & num. 97. debitores propriâ suâ culpâ &
malitiâ depauperatos carceribus etiam pœ-
nalibus includi & mancipari posse, qui in
quibusdam civitatibus etiam hodie haben-
tur eò loci, quà iter est, vt facilius, qui sic de-
tinentur, emendicent; donec creditoribus
satisfiat, Mynſ. *§. f. n. 18 inst. de action.* Si igi-
tur hæc distinctio æqua & justa est in carce-
ribus, non debet iniqua videri in præstandis
operis, per tradita Sichardi *ad L. 12. n. 4. C. de*
O. & A.

TERTIÒ: licet debitores * obærati ad fle- 19.
bile cessionis beneficium tanquam ad vlti-
mum asylum possint confugere, *tt. ff. de cess.*
bon.

bon.& C.qui bon.ced. poſſ. vt ampliùs dicam infrà *decad 2.q.1. & ſeqq.q.8.num.35.decad.3. q.7.n 26.*tamen debitor ille, qui diſſipat bona ſua,non juvatur cedendo bonis, DD.*ad L.2.& vlt.* C.*qui bon. ced. poß.d. q.8. num.40. cum ſeqq.* Pet.Peckius *in tr. de jure ſiſtendi.c. 4.num.2* Sed incarcerari poteſt,& etiam extra ordinem puniri,Matth.Brun. *de ceß. bon. q.28.quarta quæſt. princ. n. 1.* vbi generaliter dicit: qui ratione * doli convenitur, ceſſio-
20. nis beneficium non habet, nec privilegio gaudet,ne conveniatur,niſi in quantum facere poteſt,& *num.5.*in tantum dicit verum eſſe,quod etiamſi talis conſumptor ad pinguiorem fortunam pervenerit, non habeat beneficium competentiæ, ſed quod incarcerari debeat,& in carceribus mori. *vid.ſup. decad.1.q.5.n.116.*

QUARTÒ: etiamſi communis ſit opinio DD.quod non valeant ſtatuta & conſuetudines locorum,quibus * cedentes bonis ſuis
21. nudi ſuper ſaxo ſedere jubentur, de quibus ad longum agit Matth.Brun.*de ceſſ. bon.q. 6. princ per tot.vid.decad.2.q.6.num.88.* tamen id ibid.*num.6.*id non improbat in decoctoribus, quorum multi pecunias mutuò accipiunt,ſatiſque bibunt,& græcantur, & poſteà cum à creditoribus requiruntur, bonis cedunt; ideò ne faciliores,& ad ceſſionis refu-

refugium promptiores ſint, ſed potiùs aliis exemplo, putat, quod etiam talia minùs verecunda, & honeſta pati debeant, in quo ego ſubſiſto. per notata *inf. decad.2.q.6.num. 90.& ſeqq.*

QUINTÒ: Confirmatur id ipſum per ea, quæ tradit Stracha *tract.de mercat.rub.de decoct.p.4.n.4.* vbi vult, quod falſi mercatores, * qui fugiunt non ex fortuna, ſed dolo cum 22.
pecunia, & rebus alienis, bene poſſint ex ſtatuto (id enim valere) dari creditoribus lacerandi. *per L.bona fides ff. depoſiti.* Aliud ſimile vid. *inf.num.178.* & conf. *decad.2.quæſt.3. num.21.*

Si igitur diſtinctio hæc inter debitores malitioſos & calamitoſos in præfatis caſibus rectè adhibetur, cur eam non adhibere quoque liceret, in caſu noſtro præſenti, vt jura juribus adaptentur? Quamvis enim pœnæ * non ſint producendæ ad caſus non expreſſos, Zaſ. & gl. *ad §.ex maleficijs.inſt.de* 23.
action. Weſenb. *n.16 ff. ad. L. Cornel. de Sicar. per c.in pœnis.49.de R.I.in 6.* tamen extenſio * 24.
licita ſæpè eſt ex identitate rationis, *c.vn.in. f.de Schiſmat.in 6.* Schneid *§. tripli. n. f.inſt. de action.* adde Weſenb. *n.f.ff. de lib.& poſthum.* præſertim ſi argumentum ducatur à majori ad minus.

Neque huic aſſertioni refragatur, quod

P dici

dici ſolet: * inopi parcendum, & afflicto *
25. vlteriorem afflictionem non eſſe addendam;
26. id enim verum quidem eſt, niſi afflictio & inopia iſta veniat ex culpa afflicti, puta propter eius delictũ, Gail. *1. obſ. 18. n. 5.* ſicut enim aliàs dicere ſolemus, quod * neceſſitas non
27. ſit, quæ ex voluntate trahit originem, *argt. L. cum duobus. 52. §. f. ff. pro ſocio.* ita nec afflictio cenſenda, quæ ex ſuperfluitate deſcendit, & ex voluptate, quare ſibi locum vindi-
28. cabit regula: qui non * habet in ære, luat in corpore, *L. f. ff. de in jus voc. L. ſi quis injuriam 35. ff. de injur.* quam regulam, etſi non obtinere velint in contractibus vel quaſi, tamen valere concedunt, ſi quis dolosè diſtuliſſet ſolvere, ad iſtum finem, vt non eſſet ſolvendo, *per L. f. § f. ff. quæ in fraud. cred.* Weſenb. *n. 3. de ceſſ. bon.* E. etiam tunc, ſi dolosè bona diſſipaſſet.

Quia autem hac in parte, & in prima iſta aſſertione ſecutus ſum opinionem Doctorum affirmativam, ideò neceſſarium eſſe duco reſpondere ad argumenta in ſuperiori quæſtione pro negativa adducta, & quamvis infirmitas eorum iam ibidem *num. 49.* cum ſeqq. oſtenſa fuerit, lubet tamen hoc loco altiùs repetere, & reſponſiones adhuc alias peculiari noſtro caſui magis convenientes in medium adducere.

Itaque

Itaque ad primum R. debitorem * non posse cogi, vt serviat creditori ob æs alienum, 29. posse tamen decoctorem compelli, vt ob suam prodigalitatem, profusionem, & nequitiam creditori suo, cui aliter satisfacere non potest, aliquamdiu non serviles quidem, sed liberales operas & ministeria ab alijs fieri consueta præstet, Peck. *loc suprà cit. n. 2.* ne malitia * ista noceat alteri, quam qui eam admisit, 30. contra *L. is qui à debitore. 7. ff. quæ in fraud. cred* quamobrem ista addictio non ob contractum tantum æs alienum, sed ob supervenientem quoque dolum decernitur.

Ad secundum R. primò: * obligationem 31. dandi præcisam quidem esse, & invariabilem, vid. *decad. 2. q. 10. n. 85. & seqq.* quamdiu facultas tradendi superest, eâ verò deficiente variari posse, Schneidew. *§. sciendum. n. 3. inst. de donat.* & executionem in re alia fieri. vide eund *prin. inst. de inut. stipul. n. 3. in f.* Myns. *princ. inst. quibus modis tollitur obligat.* Quare si debitor in eo casu * aliud pro alio potest solvere, & si pecuniam non 32. habet, aliquid aliud loco illius præstare, *Auth. hoc. nisi C. de solut.* cur non posset creditor quòque in eventum, & in defectum rei debitæ (quem defectum ipse etiam debitor dolosè causavit) aliud postulare? tum vt servetur * æqualitas inter contrahentes, 33.

quæ vbique ſervanda eſt, *L. ſi maior. 4. C. commun. divid.* vide Weſenb. *n. ſ. C. de in integ. reſt.* Card. Tuſch. *pract. concl. lit. E. concl. 304. cum*
34. *ſeqq.* (* contrahentium enim debet eſſe æqualis conditio, Mynſ. *cent. 4. obſ. 60. num. 11*) tum vt non liceat hac ratione debitori * ſu-
35. um creditorem eludere, *argt. L. inter ſtipulantem 83. §. 1. ff. de V. O.* tum denique, vt pœna prodigalitatis & malitiæ redundet in ipſum decoctorem, factumque * ipſius
36. non creditori ſolùm, ſed illi ipſi aliquatenus noceat, *juxta L. factum cuique 155. ff. de R. I* & qui ſibi nequam fuit, alijs bonus eſſe addiſcat.

Confirmatur hæc reſponſio quoque ex hoc, quia actio Pauliana * datur in ipſum
37. fraudatorem, bonis jam poſſeſſis & diſtractis, ſi malitiosè quædam diſperdidiſſet, quę nullâ reſtitutione recuperari poſſunt, etiãſi tunc nihil ampliùs habeat debitor, vnde ſolvat, *L. f. §. f. ff. quæ in fraud. cred.* eo fine vt incarceretur, Weſenb. *ibid. num. 10.* non obſtante, quod alioquin bonis jam poſſeſſis aut diſtractis inanem * faciat actionem e-
38. jus paupertas, *L. nam is 6. ff. de dolo malo.* quia tunc non tam emolumentum actionis intueri videtur Prætor in eo, qui exutus eſt bonis, quam pœnam. *d. l. f. ibid* quid ni igitur idem fieri poſſit cum eo, qui bona ſua prodegit

git & dilapidavit, vt nimirùm vel carceri mancipetur, vel ad operas præstandas adstringatur? per not. Peckii *loc.cit.num.2.ib. sed ad servitium.*

Responderi potest secundò: operas * à creditore peti posse non per viam actionis, sed extra ordinem implorato officio judicis per not. Coleri, *de proceß.execut.p.1.c.6.n.125. ibi: an autem, & 130. item c.9. num. 90. & num.35.* 39.

Ad tertium ℞. aliud esse corpus liberum, aliud operas liberales, illud in commercium
*hominum non venit, neq; æstimationem 40.
recipit: hæ * verò locari & in contractus 41.
alios deduci, sicque æstimari possunt, quemadmodum in superiori quæst. *num. 25. & 26.* declaratum fuit.

Ad quartum Respondetur, addictionem istam habere speciem, id est similitudinem & imaginem servitutis, *vid.sup.q.4.n.50.* non tamen esse speciem servituti, tanquam generi subalternatam, nam qui sic * serviunt, 42.
in potestate creditorum non sunt, neque desinunt esse sui juris, vt veri servi, *§.in potestate.inst.de his, qui sunt sui.* vel liberos habere in potestate sua, vt illi; neq; prohibentur testes esse, vel aliis civilibus officiis fungi, vt illi, *L.quod attinet ff.de R.I.* In hoc fermè solo iis similes, quod creditori acquirant. *d.§. in*

poteſtate,& §.item vobis 4.inſt.per quas perſonas : idque non in perpetuum, ſed ad * tem-
43. pus,ad quod valere & tolerari ſolent ea,quę in ſe aliàs ſunt invalida & prohibita , vide Gail.*2.obſ.3.n.3.*Imò ſi addictio iſta maximè vera ſervitus eſſet,nihil tamen obeſſet, quò minùs in pœnam delicti & profuſionis, talis aliquis debitor in ſervitutem redigi poſſet, conſtat enim ex jure , quod liberti *
44. quando ſunt erga Patronum ſuum ingrati, revocari poſſint in ſervitutem, *argt. L. 4. ff. de obſequijs.parent.& pat.præſt.* & ibi Weſenb.*c.illud.2. §. 1. Nov.78. vt liberti de cætero.* Weſenb.*de libert.& eorum liber.* Schneid.*n. 6.inſt.de cap.dim.*atqui magnus.Patronus eſt, qui in neceſſitatibus ſuccurrit, &pecunias ſubminiſtrat, per *text.in L.3.C.de novat.*vbi Gordianus Imp. debitorē clientem vocat, & gloſſa addit : eum ideo clientem dici, quod ſervus ſit, qui mutuū accipit,vel quia credi prętar ei patrociniū)nec exigua ingratitudo,ſi quis ita abutatur beneficio, vt malit pecunias acceptas profundere,quàm ſuo tempore creditori reſtituere. Deinde volūt
45. jura,vt is,qui fugit *ad familiam latronum, libertatem amittat,& ſervus fiat, Mynſ. §. *ſervi autem.6.inſt.de Jur.perſ.*atqui latro ſit, &latro quidē peſſimus,qui omnia cōſumit,

atque

atque vxori & liberis suis alimenta subtrahit, juxta illud: quem non pavisti, occidisti, *c. 21. dist. 86.* neque enim is tantum * necare videtur, qui liberos trucidat, vel strangulat, sed etiam, qui deserit & alimoniam denegat, *L. necare. 4. ff. de agnosc. & alend.* 46.

Ad quintum ℞. operas esse multiplices, alias * artificiales, quæ consistunt in artificio didicito per doctrinam, Besold. *in thesau. pract. v.* Frondienst. *§. operæ. in f.* Coler. *in tract. de proceß. exec. p. 1. c. 9. n. 8.* & tendunt * vel ad exhilarationem Domini (vt sunt illæ, quas præstant musici, cantores, citharœdi, gladiatores, mimi, saltatores, histriones, quos omnes vno nomine vocant voluptatum artifices, *id. Ibid,*) vel pertinent ad commodum Domini, circa res, & patrimonium ipsius (quales præstant fabri, sutores, sartores, pistores, & alij eiuscemodi opifices) *idem ibid. n. 11.* vid. Ioan: Herm: Stam. *in tract. de servit. pers. l. 2. c. 6. n. 1.* 47. 48. 49.

Aliæ sunt * officiales, quæ in officio personæ & obsequio consistunt, quas quilibet præstare potest, etiam absque arte, pro vt sunt: adesse Domino, eum comitari, servire in mensa, in Camera, Coler. *loc. cit. n. 6. & 7.* Besold. *loc cit.* 50.

ALIÆ * ruricales, quales sunt: frumenta, ligna, vina, & si quæ alia Dominis prove-

niunt, in ædes dominicas convehere, agros fimo ſtercorare, ſerere, arare, raſtro planare, fœnum, cæterasque fruges in horreum Domini vehere, Dn. Beſold. *in theſau. pract. v.* Pflugdienſt.

51. ALIÆ ſunt *ſerviles v.g. verrere domum, aream, plateas, operari in molendino, haurire aquas, fodere, ligna ſcindere, ad culinam ac fornaces portare, metere, colligere ſegetes, literas tranſportare, operas ſuas in linum, fimum, ſtercorationes, triturandas fruges, venationes, & circa ædificia extruenda, ac reficienda adhibere, eſſe beſtiarium, agaſonem, ſubulcum, opilionem, mulionẽ, oſtiarium &c. quas operas prȩſtare ſolent operarij noſtri, die Taglöhner Beſold. *v.* Frondienſt. §. *duplex eſt.* Coler. *loc. cit. n. 7. & 12.* has operas And. Gail. *2. obſ. 52. n. 7.* ſordidas appellat, quæ ſolo corporis miniſterio conficiuntur, & proinde à vilioribus perſonis præſtantur, *per L. maritum L. ſordidorum C. de excuſ. mun. l. 10.*

Si quis igitur operas artificiales præſtare nequit, poteſt ſaltem ruricales; ſi neſcit ruricales, præſtet creditori, ſi ſic ei conſultum eſt, officiales; ſi officioſus & feſtivus non eſt, exhibere debebit ſerviles, *confer. not. ſupra. q. 8. num 33* Si autem talis eſt truncus, vt neque has neq; illas exhibere creditori ſuo queat, ille

ille sibi * imputare debet, quare pondus inane sibi addici petierit, & non carcerem potiùs ad puniendam malitiam illius elegerit; nec tamen adhùc addictio ista damno ei erit, nam si debitorem illum suum alere noluerit, liberè iterum dimittere poterit. 52.

Et hæc de iis dicta sufficiant, qui malitiâ suâ ad inopiam fuerunt redacti, quos proinde æquum est, redigi etiam in aliqualẽ saltẽ servitutem. Animadvertendum tamẽ meo judicio est, ne dum debitorum malitiam coërcere volumus, malitijs * creditorum indulgeam⁹, *contra. c. vt circa 4. extra de elect. in 6. L. in fundo 38. §. constituimus ff. de rei vend. §. sed & si 8. inst. de oblig. quæ ex delict.* quare videndũ, vtrùm creditor operâ debitoris indigeat, an verò temerè vindictam privatam in ipsum exercere, & sine suo commodo ei officere tantummodò velit, contra *L. in fundo. 38. ff. de rei vendic.* nam * audiendus, vel mos ei gerendus non est, qui nihil aliud facit, quàm vt noceat alteri contra naturalem æquitatem, sibi autem non prodest. Coler. *de proceß. execut. p. 1. c. 6. n. 40.* Castrens. *de servit. vrb. præd.* 53. 54.

Videntur deinde admittendę istæ limitationes, de quibus in super: *quæst. num. 28. cum seqq.* dictum, in primis verò illà: vt personæ

55. in dignitate * constitutæ creditoribus non facilè addicantur, *vid.sup.q.8.n.28.* tum quia artificiales operas plerumq; nesciunt, officiales sine ignominia nominis & læsione sta-
56. tùs præstare non possunt, insuper * injuria, quæ per addictionem istam infertur, Coler. *p.1.c.6.n.134.vid.sup.q.8.n.44.* non in ipsum tantùm debitorē, sed totam cognationē & familiā quodāmodò redundaret, *per not.gl. in L. lex. Cornel. 5. v. eorum. in pr. ff. de injur.* Wes.*n.6 ff.eod.* Tum quia ipsi dignitati & honori, in quo vel positi adhuc sunt, vel antehac saltem positi fuerunt (* diminutis e-
57. nim divitiis, plerumq; etiā diminuitur honor, *argt.pr.inst.per quas personas cuiq; dom.acquir.* vbi Schneid.*n.8.& 9.idem ad §.Serviana n.29.inst.de action.*) talis addictio contraria-
58. tur, nam memoriā * pristinæ dignitatis habendam in hominibus etiam sceleratis, docet *text.in L.nihil sibi pen.C.de quæstion.* vbi decurio, pòstquam munera decurionatûs deposuit, tamen propter pristinam dignitatē quæstionem non patitur.

Si dicas: hac ratione induci magnam inæqualitatem, quod fieri nō debeat, eò quod
59. in * judiciis non sit acceptio personarum habenda, *c.in judicijs. 12.de R.I. in 6.text.in c. novit.13.post.med.extra.de Judic.argt.c.statutum 11.§.insuper.de rescript.in. 6.* R. licere quidem

dem acceptionem habere, sed sepósito omni privato affectu, si ita lex jubeat, Canis. *add. reg. in jud cys. 12.* vide Wesenb. *n.1. ff. de statu hom.* vt jubet in personis dignioribus, nam propter * excellentiam personæ pœnale judicium temperatur, *L. ad bestias. 31. vbi DD. ff. de pœnis.* Vel aliter ℞. licere * habere respectum in justitia non quidem commutativâ, sed saltem distributivâ, in qua nos hic versamur, Wesenb. *in parat. n.11. ff. de Iust. & Iure.* 60. 61.

Plures aliæ limitationes desumi possunt ex quæstione septima, nam pleriq; illi, qui incarcerari, & carceri pœnali mancipari nequeunt, etiam ad operas has pœnales addici non possunt. Et faciunt (præter ea, quæ *ad d. q. 7.* annotavi) sequentes quoq; rationes.

Primò pro Doctoribus: * quod per eorũ scientiam totus mundus illuminetur, & ad obediendũ Deo, & ejus ministris Magistratib⁹ vita subjectorum informetur. *auth. habita C. ne filius pro patre.* vnde non debet id lumen obscuro & tenebricoso mundo subtrahi, & lucerna * contra Christi Domini interdictũ sub modio collocari, quod fieret, si Doctores à liberalibus studiis avocati, ad illiberales functiones adstringerentur. Deinde nemo dubitat, quin * Doctores magnã Reipub. vtilitatem præstent, non tantùm 62. 63. 64.

actu

actu legentes, verùm etiam advocatiam exercentes (dirimunt namque ambigua fata causarum, suæque defensionis viribus in rebus sæpè publicis & privatis lapsa erigunt, fatigata reparant, & gloriosæ vocis confisi munimine laborantium spem, vitam, & posteros dèfendunt (*text. pulcher. in L. advocati. 14. C. de advocat. divers. judic.*) non debent igitur à suis studijs ad operas, vel artificiales, vel officiales, multò minùs ad ruricales sive serviles ignominiosè deduci, præsertim cum
65. nemo * abstrahendus sit ab opere, à quo pendet reipubl. incolumitas, DD. *ad Auth. agricultores. C. quæ res pignor.* Præterea sunt & dicun-
66. tur * milites togatæ militiæ, *d. L. 14.* Ergò non debent esse deterioris conditionis, quàm cæteri milites, de quibus mox dicetur, nam in genere receptum est, ut privilegia militibus non propter imperitiam, sed propter aliquam prærogativam publicæ vtilitatis promovendæ causà data sunt, ad milites togatos extendantur Ioan: Herm. Stam. *l. 1. c. 4. n. 20. de ser. pers.* vbi multis exemplis comprobat.

Pro militibus facit: quod isti abstrahen-
67. di * non sint à militia, *L. 3. §. f. ff. de test.* ne offendatur disciplina militaris, quâ ipsa de causâ, ne quidem ad tutelam vel curam admittuntur, *L. militiæ. 4. C. qui dare tutores. L.*

sed &

ſed & milites.8.ff.de excuſat. neque ad procurationem, *L.militem.7.C.de procurat.* armis enim, non privatis negotijs occupari debent, vt numeris & ſignis ſuis jugiter inhærentes rempublicam, à qua aluntur, ab omni bellorum neceſſitate defendant.

Pro Clericis facit; quod & illi dicantur * 68.
militare DEO, & milites cœleſtis militiæ, vnde non debent abſtrahi à cultu & officio divino, *L.generaliter.52.C.de Epiſcop.* vbi jubentur omnibus alijs derelictis, DEI omnipotentis miniſterijs inhærere, quare locum hîc quòque habet, quod *in c.1.diſt.54.* dicitur: immunis eſſe debet ab alijs, qui divinæ militiæ eſt aggregandus, vt à caſtris Dominicis, quibus nomen eius adſcribitur, nullius neceſſitatis vinculis abſtrahatur, Caniſ. *l.1.ſummæ.tit.7.§.tertiò removetur*, quæ ipſa cauſa eſt, vt Clerici non cogantur exire extra provinciam, quam inhabitant, & ibi actori reſpondere, *L.omnes 33.* C. *de Epiſcop. & cleric.* ne à divinis obſequijs avocentur, *c.ſicut 6. cauſa 2.q.7.*

PRO NOBILIBUS & Illuſtribus facit; 69.
quod * ignominia inureretur toti non tantùm familiæ, vt ſuprà dixi, ſed etiam nobilitati, ſi tales debitoribus ſuis plebeis ad operas addicti tenerentur ſervire, adeſſe, comitari, & eorum pediſſequi fieri; quare licet non

non parcendum essettalibus, qui tumultuando per plateas, helluando & pergręcando omnia absumunt, decoquunt, & creditores suos fallunt, parcendum tamen est iis, qui
70. per * latus eorum lædi possunt, ignominia *
71. enim propinquorum nostrorum ad dolorem nostrum, injuriamque nostram porrigitur, *argt.L.2.ff.de liberal: cauf.* neq; modica ignominia cognati est, cognatum infamem habere, *argt.L.1 §.1.ff.eod.* præsertim in
72. magnis * familiis, quarum conservatio & honor ad publicam vtilitatem dicitur pertinere; reipubl. etenim interest, vt dignitas familiarum salva sit, & conservetur. *text.in L.1.§.sed etsi,13.ff.de vent.inspiciend.*

Pro mulieribus * facit sexûs verecun-
73. dia, & pudicitiæ periculum, nam quis non videt, quod si formosa fœmina alicui lascivo juveni, vel viro vxorato ad operas addiceretur, quod multa inde stupra & adulteria, & post illicitas & inhonestas operas præstitas, opera tandẽ spuria & adulterina prodirent; cum ipsi juvenes sic addicti non satis fuerint tuti, vt ex Livio *lib. 8.* primæ decad. luctuosum exemplum recitat Menoch. *de arbit.jud.quæst.cas.183.num.6.* quare si muli-
74. eres * propter verecundiam & pudorem in publicum prodire non coguntur, *L.1, C. de*
75. *offic.div.jud,* si nec olim * eas licuit in jus rapere

pere, Wesenb. *num. 9. ff. de in jus voc.* nec hodie noxæ dedere, §. *f. inst. de noxalib. act.* eò quod pudicitiæ favor hoc excludat, teste Imp. *in dicto §. f.* cur liceret pro civili debito creditori ad diuturnas operas adjudicare? *vid. tamen Nov: 134. c. 9. ibi: aut litigans addicta sit.*

Pro infantibus facit: * quod nesciant quid agant, ignorent quid videant, & intellectu careant. *per L. 1. C. de fals. monet.* vnde non cadit in ipsos dolus & malitia talis, ob quam pœnam operarum possint incurrere. Deinde operas præstare & ætas recusat, & infirmitas corporis non patitur, non esset proinde * audiendus, qui illas postularet, *L. nec audiendus 17. ff. de oper. libert.* Idem fermè dicendum est de * impubere, in quem dolus malus ordinariè non cadit, *argt. L. impuberem 22 ff. ad L. Cornel. de falsis*, Ergò nec pœna doli; si autem malitia suppleret ætatem, & pubertati proximus doli capax esset, pari modo de operis dubitare liceret, quemadmodum supra de incarceratione nonnullos dubitare intelleximus, *q. 7, n. 32. & 33.*

76. 77. 78.

CON-

CONCLUSIO SECUNDA.

79. *Addictio ad operas an locum habeat in debitoribus calamitosis?*
80. *Sine culpa (nisi subsit causa) nemo puniendus. & 83.*
81. *Pœna ibi debet esse, vbi noxia est.*
82. *Quod alicui prodest, & nemini nocet, facilè concedendum.*
83. *Multa fiunt sine culpa, quæ non fiunt sine causa.*
84. *Debitor an sit idoneus semper ad solvendum circa exhibitionem operarum.*
85. *Debitor calamitosus non est creditori ad operas addicendus.*
86. *Liberi non coguntur servire ob æs alienum.*
87. *Non tàm mores, quàm doctrina hominum respicienda.*
88. *Debitorum filij non sunt in servile ministerium, aut in conductionem trahendi. Ratio. 90. pœna contravenientium 89.*
91. *Locatio hominis consistit in locatione operarum.*
92. *Locationis definitio.*
93. *Usus hominis in quo consistat?*
94. *Servitutis species est non posse recedere à loco.*
95. *Agricolæ & Censiti an sint servi?*
96. *Operas perpetuas an homo liber poßit præstare, vel ad illas se obligare?*

97. *Ab operis se liberare potest, qui intereße solvit.*
98. *Imputet sibi, qui suâ voluntate incurrit molestias.*
99. *Afflicto non debet addi afflictio.*
100. *Dignitates non debent dehonestari.*
101. *Honestiores non possunt esse procuratores.*
102. *Procuratoris vile munus.*
103. *Honestiores an ab addictione ad operas indistinctè sint liberi?*
104. *In justitia commutativa non habetur respectus personarum.*
105. *Ad operas addici nequeunt, quorum operæ creditori inutiles sunt.*
106. *Immißio non est creditori decernenda, si nullam affert vtilitatem.*
107. *Audiendus non est, qui nihil aliud desiderat, quàm vt debitorem aliàs miserabilem magis affligat.*
108. *Imperiti an poßint ad operas addici? & num. 110.*
109. *Non debent esse melioris conditionis stulti, quâm periti.*
111. *Operæ debitoris an poßint locari?*
112. *Debitor calamitosus incarcerari nequit, ergò nec ad operas addici.*
113. *Incarceratus dicitur, qui certo loco adstringitur.*

114. *Operæ, quæ non sunt in obligatione, an peti possint?*

115. *Aliud quandoq; est in obligatione, aliud in executione.*

116. *Cur pro re possit solvi pecunia, & non pro pecunia operæ?*

117. *Pretium succedit loco rei.*

118. *Æstimatio debetur in subsidium.*

119. *Interesse præstandum, quando facultas rei tradendæ abest.*

120. *Pecunia vice rerum fungitur.*

121. *Operæ non succedunt in vicem & locum pecuniæ.*

122. *Quod lex non dicit, neque nos dicere debemus.*

123. *Corpus hominis an per operas obligetur?*

124. *Liberi hominis corpus an possit esse in commercio?*

125. *Liber homo ad operas se obligare potest.*

126. *Hubarij rustici ad quid, & quare teneantur?*

127. *Necessitati voluntariæ non succurritur.*

128. *Quæ ab initio sunt voluntatis, deindè fiunt necessitatis.*

129. *Casus fatalis belli non debet modernis debitoribus quoad operas damnum afferre.*

130. *Operarum præstatio restringit naturalem libertatem.*

131. *Iudicium redditur in invitum.*

132. *Coactio necessitatem imponit voluntati contrariam.*

133. *Durum est operas pro pecuniis præstari citra conventionem.*

134. *Operæ locatæ quare facilius præstentur ab operariis?*

135. *Cessionis beneficium inutilem facit addictionem ad operas.*

136. *Operæ habent tantùm locum, quando debitores nec cedere, nec solvere volunt.*

137. *Stultus est, qui eligit deteriora præ melioribus.*

138. *Cessio bonorum quare apud Saxones non sit vsitata?*

139. *Debitor calamitosus non potest creditori in ministerium addici.*

140. *Æquitas non scripta legi scriptæ succumbit.*

141. *Æquitatis vniversales regulæ in defectu legis specialis locum habent.*

142. *Operarum præstatio nocet honori debitoris.*

143. *Paria sunt non posse, & minùs commodè, sive sine verecundia non posse.*

144. *Quæ facta lædunt existimationem, & verecundiam nostram, nec facere nos posse credendum est.*

145. *Fundamento non subsistente corruit quidquid superinædificatur.*

146. *Redemptus ab hostibus quare debeat per quinquennium redemptori servire, vel lytrum solvere.& 153.*

147. *Capti ab hostibus servi hostium fiebant.*

148. *Servi de jure civili pro mortuis habentur.*

149. *Qui plus accepit, ab eo plus exigitur.*

150. *Libertas inæstimabilis, & infinitæ æstimationis est.*

151. *Operæ æstimationem admittunt.*

152. *Finiti ad infinitum nulla comparatio.*

154. *Petitio operarum quomodo creditoribus competat, explic. L. 20. §. 2. ff. de acquir. vel omit. hæred.*

155. *Debitor debitoris quando à creditore conveniri poßit?*

156. *Quod pacto fieri potest, etiam statuto vel consuetudine potest fieri.*

157. *Statuta sunt pacta & decreta publica.*

158. *Publica privatis debent esse potiora.*

159. *Argumentum à pacto ad statutum vel consuetudinẽ valet affirmativè, tanquam à minore ad majus, si eadem utrobiq; ratio.* 161

160. *Major potestas legis, quàm hominis paciscentis.*

162. *Operæ cedunt in injuriam debitoris.*

163. *Volenti & paciscenti non fit injuria.*

164. *Vis*

164. *Vis compulsiva necessitatem imponit voluntati contrariam.*

165. *Libera potestas est unicuiq; habendi vel non habendi contractus.*

166. *Invitus est, qui neque dicto, neque facto præ se fert consensum.*

167. *Servus efficitur, qui pretij participandi causâ se venundari patitur.*

168. *Cui licet quod est plus, licet etiam quod est minus.*

169. *Imputet sibi, qui suâ voluntate incurrit molestias.*

170. *Omne promissum cadit in debitum.*

171. *Operæ quare ex pacto, statuto, vel consuetudine debitori imponi possint, & citra hæc non à judice?*

172. *Leges & consuetudines obligant ad scientiam.*

173. *Quilibet censetur se accommodare Iuri communi.*

174. *Standum est juri communi, donec statuto reperiatur aliud cautum.*

175. *Draconis leges sanguine conscriptæ. Solonis leges mitiores.*

176. *A privatione ad habitum non datur regressus.*

177. *Audacia & improbitas hominum leviorum coërcenda.*

178. *Cessante causâ dispositionis cessat dispositio.*

179. *Impium & inhumanum est, hominum infortunium etiam pœnis prægravari.*

180. *Munera alia patrimonialia, alia personalia.*

181. *Patrimonialia munera non præstant, qui patrimonium nullum habent.*

182. *Pauperes corpori indicta obsequia quâ ratione præstent?*

183. *A publicis ad privata non rectè fit illatio.*

184. *Separatorum separata est causa & ratio.*

185. *Publica privatis sunt potiora.*

186. *Publicum jus privatorum Iuri præponderare debet.*

187. *Pauperes in publicis operibus aliquando loco contributionũ ad operas adstringuntur.*

188. *Reipubl. interest. vias publicas saluas esse.*

189. *Argumentum ab incarceratione ad operas affirmativè & negativè quomodo procedat?*

190. *Conclusio.*

SAtis, vt opinor, dictum est, de ijs, qui suâ culpâ, vel potiùs malitiâ ad incitas fuerunt redacti.

An autem similiter creditoribus *
79. addici possint ij, qui sine sua culpa & casu fortuito facultatibus suis sunt lapsi? major difficultas est. Ex vna parte video iniquum esse,

esse, vt puniatur is, qui non deliquit, cum si- 80.
ne*culpa nemo sit puniendus, *c. sine.23. de R. I. in. 6. c. 2. extra de constit.* & ibi debeat esse
* pœna, vbi noxia est, *L. sancimus 22.* C. *de* 81.
pœnis. L. aliud fraus est. 131. in pr. ff. de V. S. Ex altera parte non satis æquum, vt homo aliquis robustus, laboribus assuetus, & qui vix aliter se valet sustentare, detrectet, tamen servire ad tempus ei, qui illi antè benignè voluit, nummos liberaliter suppeditavit, cum tamen illud non nocere debitori, & prodesse possit creditori, volunt autem Jura, *quod alicui prodest, & nemini nocet, in- 82.
iquum esse denegari, *text. in 9. ff. de impens. in res dotal. factis, L. rescripta. 7. C. de precibus Imp. off. vbi* Wesenb. *n. 5. L. in creditore 38. ff. de evict.* Cum igitur alias* multa fiant sine cul- 83.
pa, quæ non fiunt sine causa, *argt. c. sine culpa. 23. de R. I. in 6. c. quoniam frequenter. 5. §. porrò. extra. vt lit. non contest.* cur non & hoc fieri posset, vt sine culpa pauper factus propter præallegatam causam servire deberet?
Accedit, quod * debitor non excusetur, si 84.
idoneus sit ad solvendum, nec tamen satisfaciat; atqui circa exhibitionem operarum, semper videtur idoneus & sufficiens, vt dictum *suprà. q. 8. num. 6.* item leges & statuta vbique considerant, ne creditores credito suo defraudentur, *supra. q. 8. n. 11.* cur ergò

 hoc

hoc in casu non idem spectandum ? Ego, vt verum fatear, difficulter me in hac quæstione resolvo, nihilominùs tamen in genere loquendo

85. Dico secundò: si debitor * nullâ sui culpâ, sed fortunâ sic volente, v. g. incendio, naufragio, vel hostili incursu, aliisque belli incom̃oditatibus non solvendo efficiatur, satis crudele esse, vt propter civile debitum, creditori suo in servum vel ministrum addicatur.

86. Idque primò per generalitatem textus * *in L. ob æs alienum 12. C. de oblig. & act.* vbi jura non permittunt compelli homines liberos ob æs alienum servire suis creditoribus; vbi per verbum, SERVIRE, æque intelligi potest, servitia & operas præstare, quàm servum fieri, gloss. *ad d. L. V. servire* Tam piam legem ecce promulgârunt Diocletet. & Maxim. adversus Christianam religionem tyranni, vt discamus hodie quoque

87. non * tam mores, quàm doctrinam hominum respici oportere, Oldend. *in class. forens. act. class. 1. act. 12. in defensione rei. §. postremò.*

Secundò deduci potest argumentum *ex c. quia verò. 7. Novell. vt nulli judic. 134.* vbi postquam Imperator cognovit hujusmodi iniquitatem in diversis locis admitti, vt

88. creditores * filios debitorum præsumant retine-

tinere, aut in pignus, aut in servile ministerium, aut in conductionem, hoc modis omnibus prohibuit, & jussit: vt si quis hujusmodi aliquid * deliquerit, non solùm debi- 89.
to cadat, sed tantam aliam quantitatem adjiciat, dandam ei, qui detentus est, aut parétibus ejus, & post hoc etiam corporalibus pœnis subdi, additque mirabilem * ratio- 90.
nem, ipsi decisioni quoad omnia similem: quia personam liberam pro debito præsumpsit retinere, aut locare, aut pignorare. Quasi diceret, non est vlla ratio alia inquirenda, sed sufficit rei ipsius indignitas, quod homini libero propter æs alienum, & civile debitum talis injuria sit illata. Vbi attendi debet, Imperatorem non tàntùm loqui de servili ministerio (quod æque intelligi potest de liberali famulitio, atque de illiberali servitio) sed etiam de locatione, quæ in nulla * re alia verificari potest, quàm in locati- 91.
one operarum, nescio enim ad quid aliud homo vivus & liber conduci ab alio possit, quâm ad præstandas ei operas, est enim * lo- 92.
catio rei vel personæ ad vsum facta concessio, Azo *in sua summa C. de locato*, & post eum Schneid. *ad pr. tit. de locat. & conduct. n. 2.* vsus
* autē personæ in eo consistit, vt aliquis o- 93.
perâ & ministerio ejus vti possit. *argt. §. item is. 3. inst. de vsu & habitat.*

Tertiò: ſervitus* ſpecies eſt, non poſſe
94. de loco diſcedere, *L.2.ff.de lib.hom.exhib.* Sichard. *ad L.12.num.4.C.de oblig.& act.vid.ſup. quæſt 4.num.50.* & Joan. Herman. Stam. *lib. 1.de ſervit.perſon.c.4.num.12.* (vbi tradit obligationem perpetui domicilii tanquam ſervitutis ſpeciem continentem à jure reprobari) atqui talis ad operas obligatus fermè in ea conditione eſt, vt ab hero ſuo & à Domo recedere non poſſit. Ergò ſervus cenſeri debet. Quemadmodum Oldendorp. *claſſ.3.act.9.rub.de agricol.§.quemadmodum,* tradit: * ruſticos noſtros, qui villas ſeu
95. agros deſerere nõ poſſunt, niſi manumiſſos à Dominis, in hoc meritò cenſeri ſervos, *L. cum ſatis humanum C.de agri.& Cenſit.*

Quartò: ſi debitor inops creditori ſervire teneretur, propter civile debitum, facilè fieret, vt * perpetuò cogeretur ſervire, vel
96. miniſteria ſervilia exhibere, propter magnũ æs alienum, cum tamen nemo etiam per pactum poſſit ſe obligare ad perpetuas operas, Coler. *de proceſſ.exec.p.1.c.9.n.16.* qui licet *n. 28.* ab hac opinione recedat, & putet, quod liber homo etiam ad operas perpetuas, & tamdiu ſe obligare poſſit, quouſque per operarum præſtationem, aut aliter ſatisfiat creditori de debito, Pet. Peckius. *de Iur.ſiſt.c. 4.num.3.* & licet Sichard. *ad L.12.num.5.C.de*

ob-

oblig. & act. ſatis ſpecioſam ratione͂ reddat: quod tunc * ſolvendo intereſſe ſe de facili 97. poſſit liberare; neſcio tamen, quomodo in noſtro propoſito hæc ſibi locum vindicare poſſint: eſto enim in pacto operarum id admitti, tamen talis * ſibi imputare debet, qui 98. ſuâ voluntate incurrit moleſtias, quas pati non debet, qui non pepigit? & quomodo ſolvendo intereſſe debitores calamitoſi (de quibus loquimur) ſe liberare poſſunt? cum nihil habeant, verùm ſi aliquid haberent, operas prorsùs non inchoarent.

Quintò: non poteſt non * afflicto addi 99. magna afflictio, ſi præter voluntatem ſuam cogatur in famulitio eſſe illius, cui non ita pridem coæqualis fuit, & in iisdem vel majoribus honoribus collocatus, *contra, L. Divus. 14. ff. de off. præſid. c. ex parte. 5. extra, de Cleric. ægrot.*

Sextò: ſæpè hoc infortunium accidit viris honeſtis, atque in dignitate poſitis, quid igitur? anne ſine ſua culpa ignominiosè ita ſunt creditoribus, hominibus ſæpè vilibus & plebeis addicendi, & ad viles operas condemnandi? nequaquam; non enim ſic debent * dignitates dehoneſtari, & obſcurari, nam ſi â majori functione ad minore͂ ig- 100. nominiosè nõ eſt aliquis deduce͂dus, *L. majo-*

ribus

ribus, 2. C. quemadmod. civil. mun. ind.lib.10. Wesenb. *n. 3. de vacat. & excus. mun.* cur patiamur virum honestum eò vsq; deprimi, vt officiales, imò & serviles operas præstet? si
101. honestiores non possunt etiam volentes * procuratores esse in judicio, Venat. *in analys. Jur. pontif. §. qui constitui, de procur.* Wesen. *n. 4. & 10. ff. eod. id. n. 7. C. de advocat.* eò quod
102. * procuratoris vile sit munus, *argt. L. si quis 34. C. decurion.* Wesenb. *n. 4. ff. de procurat.* cur tenerētur nolentes & inuiti famuli esse & ministri? cum eorum munus sit vilius, & longè despicatius? Si dicas honestiores ab hac addictione esse exemptos, vt diximus supra in assertione prima, *n. 55.* contra tibi
103. oppono, quod hic non amplius * agamus de puniendo debitore malitioso, & distribuendâ pœnâ, sed quod versemur in terminis Justitiæ * commutativæ, vbi eodem jure omnes censeri, nec personarum respectus haberi solet, Wesenb. *in parat. ff. de Iust. & Iur. n. 11. & 13.* Imò quod amplius est

Septimò: inter ipsos homines plebejos, & vulgi fecem multi nihil penitùs artis sciunt,
104. nec ex illis vlla * vtilitas sperari potest, eò quod fortassis creditores operis officialibus nō indigeant, quid igitur cum his fiet, si ad inopiam redigantur? rectè ne & hos sibi creditores addici postulabunt? nullâ, & eâ

pror-

prorsus ratione, quâ post Angel. & Roman. scripsit Petr. Pekius *in lib. suo de Iure sistendi. c.4. num.1.* creditorem * non posse petere, se immitti in Jus vel rem debitoris, si ea immissio nullum ipsi lucrum afferret, idq; jure meritò, petit enim, quod sibi non prodest, alteri autem molestum est, *contra L.9. ff. de impens. in rem. alien. fact.* & * nihil aliud desiderat, quàm vt debitorem alias miserabilẽ magis affligat, *contra L. servus ea. 7. ff. de serv. export.*

106.

107.

Quid ergo? * anne imperiti, ignavi & stolidi evadent liberi, industrij autem & rerum periti creditoribus servient? durum id est, & ab omni humanitate alienum; non * enim debent esse melioris conditionis stulti, quam periti, *text. in L. servus. 4. ff. quod vi aut clam.* Wesenb. *n.4. ff. eod.* nec obstat, quod in assertione prima §. *si quis igitur.* hos tales dimittendos esse dixerim, nam etsi dimittantur *ab operis, tamen quia ibi de puniendo agitur, non propterea debent liberari à carcere, & pœnis aliis, Peck. *loc. cit. num.1.*

108.

109.

110.

Neque dicas creditorem *operas debitoris sui officiales, (vel etiam artificiales, sibi quidem inutiles) aliis locare posse, *per not. supra q.8. n.69.* nam id in debitore calamitoso vix locum habere poterit, *per tex. Novell.*

111.

vel.134. ſupra loco ſecundi argumenti allegatum. Et quamvis tunc, cum quis pacto vel ſtatuto ad operas eſt obligatus, id fortaſſis procedere poſſit, non video tamen, quomodo procedat in eo, quo verſamur, caſu, textu juris ſatis expreſsè repugnante.

Octavò: ſatis crudele eſt, & neſcio an homine, ne dicam Chriſtiano dignum, ſi pro-
112. pter civile debitum * incarceretur is, qui ſine ſua culpa non ſolvendo efficitur, Mynſ. *§. f. n. 18. inſt. de action.* atqui talis addictio ad operas non minùs pœna eſt, quàm incarceratio: tum quia debitor ei loco affigitur, qui à creditore ipſi aſſignatur, & hoc ipſo
113. incarceratus * dicitur, quia non poteſt ire, quò vult. Arnold. de Reyger. *in ſuo theſau. V. carcer. num. 43.* tum quia multi ſunt, qui mallent in carcere manere, quàm creditori ſervire, Pet. Peck. *loc. paulò antè cit. n. 2.*

114. Nonò: certum eſt, quod operæ * non ſint in obligatione, ſed vel pecuniæ, vel, vt ſuppono, res fungibiles aliæ: Ergò difficulter à Judice poterunt adjudicari: Etſi enim
115. quandoque aliud * ſit in obligatione, aliud in executione, & aliud pro alio rectè ſolvatur, petaturque, vt dictum fuit *ſupra q. 8. n. 60. & ſeqq. & ſupra in aſſertione prima, in reſponſ. ad argumentum ſecundum,* tamẽ id vix
116. aliter fit, quàm vt pro re * ſolvatur pecunia, quan-

quando vel consumpta vel perempta est. Et propterea tunc nõ habet tantam difficultatem, quia non est novũ in Jure, sed variis in locis expressè provisum, vt pretium* succedat loco rei, *L. item veniunt 20. §. 2. ff. de pet. hæred.* Bart. *L. qui à debitore in f. ff. quæ in fraud. cred.* Wesenb. *n. 11. ff. de pet. hæred. id. n. 2. de condict. tritic. L. 5. ff. si cert. pet.* æstimatio* in subsidium debeatur, Gail. *1. obs. 62. num. 6.* Schneid. *§. f. n. 5. de verb. oblig.* quando facultas rei tradendæ abest, interesse* præstetur, *L. 1. ff. de action. empti. vbi DD. gloss. §. aliæ V. venditionis. inst. de donat. gl. §. nunc autem v. ad exhibendum. inst. quibus alien. licet.* & quod pecunia* vice rerum fungatur, *L. 1. ff. de contrah. empt.* Wesenb. *n. 12. ff. de reb. cred* vt autẽ operæ fungantur vice pecuniȩ, & succedant in locum* pecuniæ, id nuspiam à jure provisum (sed contrarium vtcunque clarè *in L. ob æs 12. C. de O. & A. & in Novell. 134. c. 7.* expressum) est, proinde* quod lex non dicit, neque nos sine magnâ ratione dicere, *argt. Nov. 18. §. consideremus in pr. argt. L. de pretio. 8. ff. de public. in rem action.* & debitori calamitoso vlteriorem calamitatem superaddere debemus.

117. 118. 119. 120. 121. 122.

Decimò: quia cum operȩ, quȩ ab homine prȩstantur, per act⁹ corporales exerceantur, parũ abest, quin corpus*(aliquo saltem modo) 123.

do) obligatum esset, cum debitor creditori ad operas obstringeretur, jam autem durũ
124. est liberi * hominis corpus sic esse in commercio, (citra voluntariam cõventionem) & in obligatione, post Ferrar. *ad §. f. inst. de act.* Myns. *ibid. n. 18.* adde Wesenb. *n. 3. ff. de cess. bon.* vbi ait: iniquum esse, propter ęs alienum, adversamq; fortunam corp⁹ debitoris *non ex delictis*, sed ex civili causa obstringi, quod ipse alioquin conventionibus obligare nequit, *per L. si à reo. 71. §. f. ff. de fidejuss. L. liber homo 13. ff. ad L. Aquil.* & vltrà quâm in ære habeat, aut solvere possit, teneri, *per L. itaq;. 12 ff. de furt. L. nam is nullam. 6. ff. de dolo malo. c. olim. de restitut. spoliat.*

125. Neque obstat, quod * homo liber ad operas obligari possit, quemadmodum videm⁹ in rusticis nostris (quos vulgò hubarios, die Huebner appellamus) ij enim ratione & cõtemplatione fundorum suorum, quos in vim beneficii à Nobilibus vel principibus recognoscũt, operas præstare coguntur, post Matthiam Stephani. *de Iurisdict. l. 2. p. 1. c. memb. 2. n. 192.* Besold. *in thesau. pract. lit. F. n. 42. §. rustici,* & si quidem tantum agrorum possideant, vt equos vel boves aratorios alere possint, operas ruricales suis jumentis,
126. pauperiores autem * qui non habent integrum mansum vel hubam, manuarias saltẽ,

id.

id.ibid.§.duplex. Nam origo harum operarum incepit initio ex conventione, siquidem agricolæ & censiti, accepto manso obligant se & suos ad certas vel incertas operas diurnas, de anno in annum pro tempore determinato præstandas, Nobilibus suis vel alijs Dominis, cum manibus aut equis, vulgò mit Hand oder Pferd frohnen/ secundum conventionem ab initio inter eos celebratam. Coler. *p.1.c.9.num.67.* Besold. *loc.cit.§.& origo.* vnde fit, vt eo nomine actio detur, * & necessitati 127.
voluntariæ non succurratur, *argt.L.si fidejussor.7.§ si necessaria ff. qui satisd. cog.* cum id * 128.
quod ab initio fuit voluntatis, deinde fiat necessitatis, *L.in commodato.17.§.sicut.3.ff.commodati.L.sicut.5.C.de O.& A.* & possunt quandoque ipsas operas pecunijs redimere, mansum, in quo hęrent talia servitia dimittere, refutare, vendere, atque ita se ad illis liberare Coler. *loc.cit.num.75.* Aliter se res habet in nostro proposito, vbi debitor ad operas se nunquam obligavit, & fortuito casu ad tantam paupertatem devenit, vt necesse haberet, præcisè eas præstare, neq; aliâ ratione se posset extricare, talis autem casus * non debet a- 129.
licui facilè damnum adferre, *argt.L.quæret aliquis 135.ff.de V.O.*

Undecimò: quamvis præstatio * opera- 130.
rum non sit species servitutis propriè dictæ,

R tamen

tamen multùm restringit naturalem libertatem, si per sententiam injungatur, vel per de-
131. cretum judicis, nam quia judicium * & sententia condemnatoria redditur in invitum, DD. *ad L. inter stipulantem 83. §. 1. ff. de V.*
132. *O.* ideò necessitatem * imponit voluntati contrariam, cogitq; id facere aliquem, quod non faceret, si liberi esset arbitrij, *argt. eorum quæ not. gl. in c. ad audientiam. V. causa. extra. de ijs, quæ vi metusve.* Dura autem est necessi-
133. tas, * aliud solvere, quàm quod promissum, & aliud præstare, quam quod in obligationẽ deductum fuit; præsertim si non vilis, sed mediocris, multò magis si altioris conditionis sit, qui sic condemnatus fuit, is enim totus à nutu alterius sibi coæqualis pendere, & ad lubitum ipsius operari debebit. Aliter se
134. res habet in artificibus, * & operarijs nostris, qui acceptâ mercede locant nobis operas suas, vel diurnas, vel annuas pro salario, *L. qui operas 38. ff. locati*, nam illi plerumq; viles sunt, & abjecti, à juventute ad opus nati & facti; neque coacti ad operas accedunt, sed voluntarij, spe præmij & mercedis invitati; neq; coguntur gratis, & ad tempus longiusculum laborare, sed possunt, quando volunt (si res sit integra) pro suo lubitu recedere, & laborem iterum abrumpere.
135. Duodecimò: beneficium * cessionis adimi

mi nequit illis, qui nullâ sui culpâ, sed fortunà sic vòlente solvendo esse desierunt, quemadmodum infra suo loco deducam, & jam supra *q.8.num.17.* dictum, secundum mentem Doctorum opinionem affirmativam amplectentium * operas tunc tantum habe- 136.
re locum, quando debitores, nec cedere, nec solvere volunt. *vid. de cad. 2. quæst. 1.* Ergò vix poterit in aliquo casu debitor ad operas condemnari, nam * stultissimus esset, qui cum 137.
vno momento per cessionem bonorum liberari posset, nihilominûs tamen se ad difficultatem operarum in multos annos continuandarum perduceret, *argt. §. cæterum 5. inst. quod cum eo, qui in alien. pot.* plerique enim mallent cedere, imò carcerari, quàm creditori suo servire, Pet. Peck. *de jur. sistend. c. 4. n. 2.* quæ ipsa causa videtur subesse, cur apud * Sa- 138.
xones remedium cessionis locum nõ habeat, *per dict. suprà q. 8. num. 5. & 6.* ne remedium operarum apud ipsos vsitatum sit inutile & frustraneum.

Omnibus igitur consideratis considerandis pro regula tenebo, non posse * debitorem 139.
illum, qui sine sua culpa non solvendo factus est, sine injuria creditori in ministerium addici.

Neque obstant rationes supra in initio hujus assertionis adductæ, nam ad eas R.

140. æquitatem * non ſcriptam ſcriptæ legi ſuccumbere, & ſubjacere, DD. *ad L. placuit 8. C. de Iudicijs. argt. L. ſi quis. 17. §. Proculus. 4 ff. de inſt. act.* Cardinal. Tuſch. *commun. concluſ. lit. E. concluſ. 311. & 312. gl. ad L. placuit, in argumento. C.*
141. *de judicijs*, & tunc tantum vniverſales illas * æquitatis regulas attendi debere, cum lex ſpecialis deficit, *c. f. extra. de tranſact.* Deinde operæ iſtæ ſæpe parum proſunt creditori,
142. multum autem * nocent debitori, ſi non in corpore, ſaltem in honore & exiſtimatione; quis enim non videt, famam illius valde periclitari, vel ſaltem in auribus verecundis malè ſonare, durumq́; nimis eſſe, digito monſtrari & dicier: hic eſt, qui non ita pridem in facultatibus poſit⁹ alijs largiter ſubveniebat, nunc autem ipſe mendicatò vivit; qui menſas lautè inſtruebat, nunc alienæ menſæ precariò adhæret; qui operarios multos alebat, nunc ipſe operarius factus; & ſi quæ ſunt alia in ore invidorum & malevolorum frequenter verſantia.

Quare licet debitor hac ratione debitum vel extenuare, vel omnimodo ſatisfacere cre-
143. ditori poſſit, tamen * paria ſunt non poſſe, & minùs commodè, ſive ſine verecundia, ſive non ſine magna difficultate poſſe, *argt. L. filius 15. ff. de condit. inſt. argt. L. ſi ſervus §. 2. ff. de*
144. *noxal.* Mynſ. *cent. 4. obſ. 11. inf.* & quæ * facta

lædunt

lædunt existimationem, & verecundiam nostram, nec facere nos posse credendum est, *d. L.filius 15.& L.nepos 125.ff.de V.S.*

Quandoquidem autem opinionem negativam suprà *in q. 8.* relatam in hac assertione amplexus fui, necesse est, vt ad auctoritates & rationes in cōtrarium ibid. adductas respondeam.

Ad auctoritatem proinde Petri Peckij dico: fundamento * non subsistente, quicquid 145.
superinædificatur, infirmum esse, & corruere, *argt.§.ante hæredis.35.inst.de legat. argt. L. egi. 26. §. 1. ff. de except. rei Iudic. c.cum Paulus.26. caus.1.q.1.* cum igitur Peckius fundamentum suæ opinionis ponat super illo, quod tales, qui solvendo non sunt, carceri de jure mancipari possint, *d.c.4.num.2.* quod tamen supra *in quæst.5.* destructum & refutatum est, ideò non potest non opinio illius suâ sponte corruere.

Ad argumentum primum ex *L. f. C. de captiv.& postlim.revers.* deductum ℟. non esse mirum, quod redemptus * ab hostibus de- 146.
beat solvere pretium redemptionis, vel servire per quinquennium redemptori, id enim propterea sic placuit: quia ab hostibus capti
* veri hostium servi efficiebantnr. *§.servi au-* 147.
tem.3. cum §.seq. inst. de jure pers. §. item ea. 17. inst.de rer.divis.& acquir. rer. dom. consequen-

148. ter quoad ea, quæ * juris civilis erant, pro mortuis habebantur, *L. quod attinet. 32. ff. de R. I.* vnde is, qui ab hostibus eos redemit, libertatem, consequenter vitam quodammodo tribuit, an ne igitur iniquum erat, vt ab
149. eo, qui * multum accepit, multum etiam exigeretur? *per L. quædam. 14. vbi gl. ff. de pœnis, & not.* Wesenb. *num. 11. ff. de Iust. & Iur.*
150. maximè cum * libertas, quam sic redemptus accepit, inæstimabilis sit, *L. libertas 106. ff. de R. I.* imò infinitæ æstimationis. *L. non est sin-*
151. *gulis. 176. §. 1. ff. eod.* quid igitur erunt * operæ (quæ æstimationem non respuunt, *per L. si non sortem §. libertus. vers. nam plerumque. cum seq. ff. de condict. indebiti & L. in stipul. §. operarum. V. solutio ff. de V. O.* Dornsperg. *in syntag. jur. l. 3. c. 21. §. causa autem propter quam*) ad li-
152. bertatem comparatæ? cum finiti * ad infinitum nulla sit proportio, *argt. L. sed si filiusf. 114. §. sed si literas 8. ff. de legat.* non ergo durum
153. * videri debet, si redemptus à servitute cogatur aliquo tempore servire, vt redemptori vicem & gratiam referat, Sichard. *ad L. ob æs. 12. C. de O. & A. num. 3.* Deinde si in servitute sive captivitate mansisset, vilissima & sordidissima quæque servilia opera in perpetuum præstare debuisset; non igitur reformidare debet, vel recusare operas quinquennales, liberales, & statui conditionique suæ congruen-

gruentes, ſed gratias potiùs agere redemptori, qui in temporale obſequium perpetuam obſervantiam commutavit, vt loquitur Alexand. III. *in c. ſcripturæ 4. extra. de voto, & voti redempt.*

Ad argumentum ſecundum, & textum *in L. 20. §. 2. ff. de acquir. vel omittend. hæred.* ℟. Ulpianum * ibi loqui de operis non hominis liberi, ſed liberti, id quod manifeſtè colligitur ex verbis iſtis: *à liberto parentis operas petit &c.* & plus non dicere, quàm hoc: quod petitio earum, id eſt, operarum etiam creditoribus competat; quæ verba non ſic exaudienda ſunt, quaſi patrono, vel ejus filio, in morâ vel non ſolvendo exiſtente, creditores patroni poſſint poſteà operas ab ipſo patrono, vel ejus filio, ſed ab eorundem liberto petere, idque ex eo fundamento, quia in caſu neceſſitatis, & propter inopiam poſſumus aliquando * debitorem noſtri debitoris convenire, quâ de re agam alio loco, interim videri poteſt. *tot. tit. C. quando fiſcus vel privatus debitoris ſui debitores convenire poſſit, vel debeat.* Pet. Peck. *de Iur. ſiſt. l. 2. c. 4. num. 11.* Coler. *p. 2. num. 458. cum ſeqq. c. 3. item num. 427. cum ſeqq.* Nicol. Vigel. *meth. jur. controverſ. l. 15. c. 4 reg. 6. except. 8. cum ſeq. vid. inf. decad. 2. q. 2. num. 64.*

154. 155.

Ad tertium argumentum contrarium ℟.

quamvis pactum operarum regulariter lo-
156. quendo valeat, & quod pacto * fieri potest, id ipsum etiam regulariter consuetudine possit fieri, vel statuto, *per L.1. & L.32.ff. de LL.* Wesenb. *num. 5. ff. de Iure Iur. propter calumniam.*
157. Mynſ. *cent.4. obſ.23.* eò quod sint pacta, * decretaque publica, *d.L.1. ibi communis rei sponsio*
158. *&c* publica * autem privatis debeant esse potiora, Wesenb. *loc. cit.* ne scilicet privatum plus operetur publico, (vnde communiter
159. volunt Doctores, valere * argumentum à pacto ad statutum, vel consuetudinem affirmativè, Schneid. §. *actiones num. 22. inst. de action.* Everhard, *in loc. legal. in loco à pacto ad legem,* tanquam à minore ad majus, Gail. *2. obſ. 78. n.*
160. *4. id.* Gail. *1. obſ. 101. n. 11.* eò quod sit major * potestas legis & statuti, quàm hominis paciscentis, qui legi subest, id. Gail. *2. obſ. 19. n. 5.*) Nihilominus tamen illi ipsi Doctores doctrinā
161. suam limitant, & dicunt: argumentum * à pacto ad Legem affirmativè non procedere, si vtrobiq; nō sit eadem ratio, sed diversa, Gail. *2. obſ. 78. num. 4.* Mynſ. *Cent. 1. obſ. 14.* Everhard. *loc. cit. n. 6. cum seqq.* quemadmodum in nostro proposito est, nam vt suprà vidimus, propter eà communiter loquendo debitor egestate
162. pressus non tenetur creditori suo operas * præstare, quia hoc cedit in ipsius injuriam, Coler. *p.1. c.6. n.134.* quæ invito inferenda non est;

est; atqui is, qui sic paciscitur, scit quid sibi immineat, & nihilominùs consentit, quare scienti * & volenti non fit injuria, *c. scienti & consentienti 27. de R.I. in 6. L. nemo 145. ff. de R.I. argt. L. Divus 18. ff. ad municip. L. 1. §. usque adeò. 5. ff. de injur. L. si quis servum. 26. ff. eod.* neq; cum eo commiseratio habenda, *argt. L. 1. §. 6. ff. quod fals. tut. aut.* vbi Wesenb. *n. 4.* Et confirmatur inde, quia *Lex. ob æs alienū. C. de action. & oblig.* excludit tantum vim * compulsivā, quæ necessitatem imponit voluntati contrariæ, cogitq; id facere aliquem, quod non faceret, si esset liberi arbitrij, *gl. in c. ad audientiam. v. causa. extra. de ijs, quæ vi metusve.* Mynf. *§. quadrupli. n. 14. inst. de action.* illa igitur lex prohibet tantùm invitum compelli, & cogi debitorem ad præstandum operas; non autem invitus est, & compellitur, qui sic paciscitur; quia * libera potestas est vnicuique habendi, vel non habendi contractus, ineundi vel non ineundi pacta, *per L. sicut. 5. C. de O. & A.* etenim is, qui paciscitur, consensum præbet, *per L. 1. §. penult. ff. de pact.* Wesenb. *n. 5. ff. eod.* Invitus * autem est, qui neq; dicto, neque facto præbet consensum, Wesenb. *n. 4. ff. de procurat. per L. filiusf. 8. §. invitus. 1. ff. eod.* Deinde ex libera voluntate potest aliquis omnimodam & veram * servitutem incurrere, Exempli causa: cum aliquis de pretio paciscitur,

163.
164.
165.
166.
167.

&c se venundari patitur, §.*servi autem.4.inst.de jure person*, quantò magis igitur poterit de ministerio, vel liberalibus operis pacisci, cui
168. * namque licet, quod est plus, licet vtique, quod est minus,*c.cui licet.53.de R.I, in 6. L.qui potest,26.ff.eod.* non debet illi, cui plus licet, non licere, quod est minus, *L.non debet.21.ff.*
169. *eod.* sibi igitur * imputet, qui suâ voluntate incurrit molestias, *argt.c.damnum.86.de R.I.in 6.* Porrò non est mirum, eum qui operas pro-
170. misit, ad illas præstandas teneri, cum * omne promissum cadat in debitum, *c.qualiter.3.extra.de pact.* & ex promisso nascatur peculiaris actio ex stipulatu, vel condictio certi ex stipulatione dicta, *princ.inst.de V.O.*.

Amplius produco hanc doctrinam, & di-
171. co: etiamsi * lex, statutum, vel consuetudo valeret, quibus caveretur, debitorem operari debere creditori, donec ei de debito fuerit satisfactum: nihilominùs tamen non posse pro hîc & nunc, ijsque in locis, vbi talia statuta, vel consuetudines non extant, debitores belli infortunio depauperatos ad operas adstringi. Ratio est: quia si extarent tales
172. * leges & consuetudines, vtique debitores illas scire deberent, obligant enim ad scientiam & Leges, *L.leges 9. C.de LL.* & consuetudines, *Wesenb.num.9.§.f.ff.de LL.* hoc ipso igitur, si contraherent homines, Legi illi vel con-

consuetudini se subijcere deberent, imò se subjecisse in dubio præsumendum esset, quia Juri * communi quilibet censetur se accommodâsse, Wesenb. *num. f. ff. de test. milit.* Quæ tamen in nostro proposito locum habere non possunt, eò quod neque consuetudo, neque statutum vllum hujus tenoris, sed jus commune in contrarium reperiatur, *d. L. ob æs alienum. C. de A. & O.* Schneid. §. *f. inf. inst. de action.* itaque standum * est juri communi, donec disertè statuto reperiatur contrarium cautum, Wesenb. *n. f. inf. ff. de donat. inter vir. & vxor.* 173. 174.

Ad argumentum quartum pro affirmativa ℞. legem antiquam illam 12. tabul. crudelé nimis fuisse & vt Budæus *in tit. de in diem addict.* putat, à Solonis, vel si conjecturari licet, à Draconis lege manâsse, (nam Solonem quandoq; nimis remissum fuisse, apparet ex traditis à Mynſ. §. *pœna n. 1. inst. de oblig. ex delict.* Wesenb. *num. 14. ff. de furt. & n. 1. inst. loc. cit.*) qui leges Atheniensibus tulit adeò rigidas & severas, vt apud eos in proverbium abierit, leges Draconis * sanguine conscriptas esse humano, ob nimiam scilicet Juris severitatem. Gell. *l. 11. c. 18.* Arist. *l. 2. polit. c. 10.* Mynſ. *ad §. sed jus quidem, inst. de I. N. G. & C.*) Unde factum est, vt successu temporis, cum jam humaniores fierent Romani, hanc legem ipsi 175.

adhuc

adhuc gentilismo addicti abolerent, *vid. sup. q.8.n.9.* nescio igitur, quomodo nos Christiani jura obsoleta vel correcta resuscitare, & à
176. privatione * ad tam vitiosum habitum salvâ justitiâ possimus redire, contra *L. inter stipulantem 83.§.sacram.5.de V.O.§.idem juris.2.inst. de invtil.stipul.* maximè cum in nostro proposito cesset causa illa, quæ movit antiquos, vt legem illam sancirent, & modernos, vt ad jus antiquum redirent, quæ fuit (quemadmodũ
177. suprà vidimus) debitorum * improbitas, & perfidia, qui fiduciâ cessionis temerè æs alienum contrahunt, & dilapidant, Wesenb. *n.3. ff.de cession.bon.* vt tali ratione leviorum hominum audacia in contrahendis passim debitis reprimeretur, Mynſ. *§.cum eo.f.n.18.inst.*
178. *de act.* quæ * causa cum in ijs, qui nullâ sui culpà, sed belli infortunio bonis exuti sunt, cesset, pœna quoque cessare debet, *argt.c.cum cessante.60.extra.de appellat.c.magnæ.7. inf.extra. de vot.argt.L.f.C.de restit.milit.* hinc ait Beneven: Stracha. *in tract.suo de mercatoribus. rub. de decoct.p.4.n.4.* olim statutum fuisse, quod post 40. dies debitor creditoribus cruciandus daretur, idq; tanquam durum correctum fuisse; subditq; quæstionem hanc: quid si hodie tale statutum fieret, nonne valeret? ad quam ℞.quod valeat, quantum ad eos, qui non ex fortuná, sed dolo decoxerunt: in his autem,

qui

qui fortunæ vitio bona perdidêrunt, non valere, *vid: sup. q. 9. n. 16. cum seqq.* Et paulò post addit: profectò æqua & probabilis est sententia hæc, cum * impium & inhumanum videatur, fortunæ telis vexatum puniri, & hominum infortunium etiam pœnis prægravari, *argt. L. divus ff. de offic. Præsid.* 179.

Ad quintum ℞. munera sive potius * onera esse duplicia, alia patrimonialia, *L. 1. L. 3. §. exactionē §. munus L. 14. §. viarū L. vlt. C. de hon. & muner. L. 3. ff. ad municip.* alia verò personalia: *L. vlt. ff. de mun. & honor. L. 3. §. corporalia ibid.* à patrimonialibus * pauperes excusantur, *per tradita sup. q. 5. n. 86. & 87.* quia patrimonium non habent (& in hoc sunt melioris conditionis, quàm divites) à personalibus non excusantur (in quo sunt æqualis conditionis cum divitibus) *vid. decad. 2. q. 8. num. 26.* Quando itaque Gailius dicit, eos corpori * indicta obsequia præstare, non habet hunc sensum, quasi loco collectarum operas deberent exhibere, sed quod tunc, quando communiter imponuntur operæ, die Herrendienst / excusationem nullam mereantur. Posito deinde, quod hoc esset receptum in publicis collectis, vt nimirùm in locum earum succederent operæ, non tamen ab his, tanquam * separatis, ad debita privata rectè fieret illatio, *argt. L. asseveratio, 10. circa f. C. de non num. pec.* 180. 181. 182. 183.

argt.

argt. eorum quæ tradit Boër. *decis. 69. num. 22.*
184. quia separatorum * separata est ratio, & causa, *argt. L. eum actum. 17. ff. de negot. gest. à contrario, argt. L. si maritus 10. inf. C. de donat. inter*
185. *vir. & vx.* & * publica privatis longè sunt potiora, *auth. res quæ C. commun. de legat.* Ergò
186. jus publicum * privatorum juri præponderare, & prævalere debet, *per L. 5. C. de off. Rector. provinc.* quâ de causâ suo loco dicam, cum plures ad pontem reficiendum contribuere tenentur (vti fit in districtu circa civitatem
187. Augustanam) & aliqui præ * paupertate contribuere nequeunt, eo in casu adstringi,
188. vt operas præstent, nam * reipubl. interest vias publicas salvas esse, Wesenb. *inf. ff. de his, qui dejec.* propter rerum & hominum commeatum, *argt. tot. tit. ff. ne quid in loco itin. publ.* & possent fortassis citra obligationem in literis investituræ comprehensam (sunt enim aliquãdo ob prædia quædam emphyteutica, vel censitica ab ijs possessa ad hoc onus adstricti) nihilominus ad operandum compelli, vt ita non plus faciant, quàm in casu necessitatis pleriq; alij subditi circumcolentes, vel qui aliàs sunt privilegiati, facere tenerentur *vid. Soarez. commun. opin. lit. C. n. 135.*

Ad sextum ℞. propter debitum civile ca-
189. lamitosi debitores non possunt * incarcerari, sed decoctores propter suam dissipatio-

nem,

nem, profusionem, & malitiam: Ergò pari de causa & ratione hi ad operas adstringi possunt, non verò illi.

Et hæc est breviter * mea in hac controversia opinio, nimirùm invitos debitores non posse ad hoc compelli, vt si ad inopiam per calamitates belli redacti sunt, servire cogantur creditoribus suis. 190.

SVMMARIA.

191. Debitor fame aliàs periturus operas statui suo convenientes præstare cogitur creditori.

192. Non est audiendus perire festinans.

193. Reipubl. interest homines salvari.

194. Operarij & artifices, qui consueverunt operas locare, etiam creditoribus suis operari debent. quomodo, & quamdiu? 199. 200. 203.

195. Naturali ratione adstringimur, vt benefacienti benefaciamus.

196. Liberalitas magis debet ad obsequium inclinare, quàm ad insolentiam erigere.

197 Liberalitas sua nemini debet esse damnosa.

198. Nemo liberalitatis suæ pœnam mereri debet.

201. Maritus debet vxorem & liberos alere.

202. Nemo de vento vivere potest.

203. De-

203. Debitor adstringens suum debitorem ad operas, ipse quoq; adstringi debet creditori.

204. Quod quisq; juris in alium statuerit, eodem jure vtatur.

205. Quod quis in persona alterius æquum esse crediderit, id in sua quoque persona valere patiatur.

206. Debitor in foro conscientiæ an ad operas teneatur?

SUprà dictam tamen Conclusionem Limitandam esse puto primò: nisi
191. homo planè inops, & qui fame * aliàs perire deberet, ministeria statui suo convenientia præstare detrectet ei creditori, qui honestam & congruam offert sustentationem, per notata suprà *quæst. 8. n. 15.* non
192. est enim * audiendus perire festinans *L. 1. §. divus. 5. ibi. si vltrò aliquid dixerint. & §. si quis. 27. ff. de quæstion. L. non tantùm 6. ff. de appellat.*
193. & ipsius quoque reipublicæ interest * homines salvari, quia incolumitas reipubl. nascitur ex partibus, *argt. L. 1. §. & generaliter 15. ff. de vent. in possess. mitt.*

194. Limita secundò in illis * operarijs, & artificibus, qui operas suas pro certa mercede locare consueverunt, quales sunt sutores, sartores, fabri ferrarij, lignarij, & id genus alij, nam si v. g. credidissem alicui sartori 10. florenos,

vel

vel amplius, & ille aliter satisfacere non posset, nunquid æquum esset, cum mihi non quidem addici ad manus, sed saltem ad hoc condemnari, vt vestes non minus mihi, quàm alijs concivibus meis faceret, & resarciret? & posteaquam factæ sunt, compensationem debiti cum debito admitteret? & nunquid plus quàm iniquum; hominem talem, qui suspenso præ forib⁹ signo publicè profitetur, se omnibus paratum esse servire, mihi soli, à quo tamen beneficium accepit, servitia & operas suas ęquali cum alijs mercede æstimandas negare? certè naturali *ratione adstrin- 195.
gitur sartor ille, vt mihi benefactori suo benefaciat, *c. cum in officijs 7. in pr. extra. de testam.* vbi dicitur: in officijs charitatis primo loco illis tenemur obnoxij, à quibus beneficium nos cognoscimus accepisse, facit *L. sed etsi, 25. §. consuluit. 7. ff. de pet. hæred.* & collata
* benignitas ipsum magis debet ad obse- 196.
quium inclinare, quàm ad insolentiam erigere, *argt. L. 1. C. de revoc. donat.* quia insuper benevolentia *sua nemini debet esse damno- 197.
sa, *argt. L. Divus. 28. ff. de R. I.* non debeo * ego 198.
liberalitatis, vel saltem benignæ voluntatis meæ pœnam pati, *L. ad res donatas. 63 ff de ædil. edict.* Præterquam autem, quod hoc in se sit æquissimum, non potest sartori accidere durum nimis vel molestum, quia non facilè

fit, vt vno eodemq; tempore tot aliquis vestes sibi confici curet, * vt totam officinam occu-
199. pet; neq; is impeditur alijs quoq; simul servire, & suam sustentationem quærere.

Aliud dicendum, vel saltem moderanda nostra limitatio (*confer notata. sup. q. 8. n. 36.*
200. *& 37.*) foret in ijs opificibus, * quorum operâ pluribus sæpè annis indigemus; in exemplo: si murario cuidam 50. florenos mutuò dedissem, & posteà de novo domũ, vel aliud prædium construere, illumque debitorem meũ ad opus tamdiu adstringere vellem, donec illud omninò absolveretur, nullà vnquã mercede toto illo tempore datâ, hoc esset crudele prorsus & inhumanum: *vide sup. q. 8. n. 26.*
201. *36. 37.* Nam * quia vivere debet, vxorem & liberos alere, *L. si quis 5. ff. de agnosc. L. penult. &*
202. *fin. C. de alend. lib.* de * vento autem vivere nõ potest, *L. f. C. de alim. pup. præst.* ideò plus justo
203. * gravari nõ oportet, sed tantum ei relinqui, & mercedis solvi, quantum pro sustentatione sua, & suorum necessarium est, vid. in simili And. Gail. *1. obs. 17. n. 1.* vbi invehitur in illos Dominos, qui subditos suos assiduis operis ex cruciant, ita vt non suppetat eis tempus, sese & suos alendi, cont. *L. cum patronus §. f. ff. de oper. libert.* vid. eund. Gail. *l. 1. de PP. c. 2. num. 20.* Oldendorp. *class. 3. act. 9. in f.* Confirmari possunt hæc omnia exinde: licet regulariter locator

cator non cogatur ſolvere mercedem operis faciendi, antequam ſit perfectum, quando in totum op⁹ conſtituitur merces *L. ſed addes §. ſi quis eum ff. locati* nihilominus ſi inops artifex conducat magnum opus, nec poſſit perficere, niſi percepta parte mercedis, tunc ei merces eſt ſolvenda *per L. excepto C. de locat. & cond. & plures alios text.* Oldendorp. *claſ. 4. act. 9. q. 7. n. 11.* idem *in practic. conducti operis n. 3.* vbi Rationem reddit: quia nemo poteſt ad impoſſibile adſtringi.

Limitari poſſe videtur tertiò eo mòdo hæc aſſertio noſtra, quò modo ſuprà concluſionem ſecundam *q. 5. num. 94.* limitandam eſſe dixi: vt nimirum quod * quiſq; juris in aliũ 204.
ſtatuerit, eodem jure ipſe etiam vtatur, *tot. t. ff. quod quiſq; &c.* & ſi quis debitores ſuos ad operas adſtringere cupiat, ipſe quoq; ſuis creditoribus ad eaſdem adſtringatur; quod enim
* aliquis in alterius perſona æquum eſſe crediderit, id in ſua quoq; perſona valere patiatur, *L 1. verſ. ſi quis. ff. d. T. conſ. q. 3. decad. 2. lim. 1. n. 3. & ſeqq. & ſup. q. 5. decad. 1. n. 94. decad. 3. q. 7. num. 85.* 205.

Utrum deniq; * in conſcientia tutus ſit, 206.
qui labore manuum ſuarum, vel ſuis operis & induſtriâ, creditoribus vel ex integro, vel magnâ ex parte, citra ignominiã ſatisfacere poteſt, & tamen labores ſubterfugit, & ad ceſſio-

nis asylum convolat, Theologis disputandum relinquo, id enim solùm pro hic & nunc ago, quousque in foro externo aliquis vrgeri possit. *vid. decad. 2. q. 7. n. 22.*

QVÆSTIO X.

Ad quid teneantur illi Debitores, qui calamitate belli non omninò quidem bonis exuti, sed eò deducti sunt, vt nihil ferè, nisi immobilia possideant?

SVMMARIA.

1. *Ratio ordinis & continuatio.*
2. *Parùm pro nihilo reputatur.*
3. *Figuratio casus.*
4. *Impossibilium nulla obligatio.*
5. *Argumentum à toto ad partem valet.*
6. *Idem iuris est de parte quoad partem, quod de toto quoad totum.*
7. *Digressio ad sequentes materias.*

1. EXpeditis * duobus membris principalis nostræ quæstionis, quomodo nimirum procedendũ sit contra illos, qui adhuc solvendo sunt, neq; adeò magnum damnũ tempore belli perpessi fuerunt; item contra eos, qui nihil prorsus
2. amplius habent, vel tam parũ * vt pro nihilo meritò reputetur, *argt. L. ab hostibus. 15. §. 3. ibi.*

intra

intra modicum ff. ex quib. cauſ. maj. Reſtat nunc membrum tertium, & vltimũ expediendum.

Si aliquis * gravia damna tempore belli paſſus eſt, non tamen tot & tanta, vt prorſus nihil habeat, omnibꝰq; ſimpliciter bonis exutus ſit, ſed ita, vt ſalva ſint ipſi aliqua, immobilia præſertim, ex quibus tamen non poteſt pro hic, & nunc omnibus & ſingulis creditoribus ſatisfacere, quouſque contra talem procedendum ſit? 3.

Ad hanc quæſtionem facilis videri poſſet reſponſio ex ſuprà dictis; nam cum audiverimus eum, qui prorſus nihil habet, ad * impoſſibile non teneri, *L. impoßibilium 185. ff. de R. I. c. nemo poteſt. 6. de R. I. in 6.* nihilq; prorſus ſolvere debere, *vid. decad. 3. in continuat. & decad. 1. q. 4. in pr.* eum verò, qui omnia adhuc habet, ad vniverſa exolvenda teneri; juſta videtur illatio, ſi ſic ratiocinemur: Ergò qui parùm habet, parùm debet, & qui aliquid ſaltem habet, ad aliquid ſaltem præſtandum tenetur, argumento * petito à toto ad partem, quod in jure validũ eſſe docet Nicol. Everhard. *in loc. legal. loco à toto ad partem.* Idem enim * juris eſt de parte quoad partem, quod eſt de toto, quoad totũ, *L. quæ de tota 76. ff. de rei vend.* Weſenb. *n. 6. de pet. hæred.* Everhard. *loc. cit. n. 2.* 4. 5. 6.

Nihilominùs tamen, vt ordine procedam & ſine confuſione, lubet peculiares in hac materia

ria quæstiones formare, & * quia sæpè de cessione bonorum, deq; oblatione prædiorũ in solutũ mentio hactenus facta est, in seqq. illud indagare: an debitores calamitosi, & belli infortunio depauperati bonis suis cedere, eave in solutum dare possint, vel debeant?

Ex his, quæ in tota ista prima Decade ad longũ deducta fuerunt, facile erit cuivis resolvere sequentem facti speciem, quæ occasionem mihi præbuit quæstiones istas ex ordine pertractandi

FACTI SPECIES.

CIvis quidam Augustanus credidit Anno 1630. Rustico cuidam bis mille florenos, hoc pacto, vt spatio trium mensium post renunciationem factam infallibiliter iterum pecunias ei restitueret. Post biennium accidit, vt Regis Sueciæ hostiles copiæ irruerent, totam viciniam devastarent, & durantibus istis calamitatibus bellicis debitor ille ad tantam paupertatem redigeretur, vt vix victum necessarium haberet, & agros suos (omninò steriles factos) colere non posset. Eo tamen non considerato creditor post depulsos hostes pecuniam suam factâ prius denunciatione à debitore repetijt, qui iniquum & prorsus crudele existimavit, se post bella hostilia supera-